subiecto cuiuslibet illarum, v.g.: omnis homo est animal, nullus
homo est animal, sunt contrariae, et si subiecto 1ae p[ro]p[ositio]nis post
ponatur negatio sic omnis homo non est animal, tunc equi
valet 2ae, scilicet nullus homo est animal. Idem est, si negatio post
ponatur subiecto 2ae p[ro]p[ositio]nis.

Tertia regula prae post que
subalter denotat, p[ro]p[ositio]nes subalternas fieri equi
pollentes si subiecto alicuius praeponatur et post
ponatur negatio, v.g.: iste p[ro]p[ositio]nes omnis homo est animal, aliquis
homo est animal, sunt subalternae, sed si subiecto 2ae ante
ponatur et post ponatur negatio sic: non ali
quis homo non est animal equivalet 1ae, quae est, omnis homo
est animal. Ut autem melius intelligatis equipollen
tiam et quomodo valeat accipite carmina sequen
tia

non omnis, quidam non: omnis non, quasi nullus. —
non nullus, quidam: non quidam non, valet omnis. —
non aliquis, nullus: sed nullus non, valet omnis. —
neuter, uterque non: neuter non, praestat uterque
non alter, neuter: non alter non, quasi uterque. —

In supradictis versibus duo primi tamen equivalent sibi, Consequenterque propositiones, que ex illis fiunt sunt equivalentes. Similiter duo ultimi, et si de ceteris. Patet hoc inspiciendo quod alias tales: ista propositio, non omnis homo est albus, equivalet huic: quidam homo non est albus. In secunda parte ejusdem carminis: omnis homo non est equus, equivalet isti nullus homo est equus. Quando negatio ponitur ante subjectum manet propositio afirmativa; quando vero ponitur ante Copulam, tunc facit propositionem negativam. Itatque quod per predictos modos propositiones subcontrarie nulomodo fierit possunt equipolentes: tamen per sequentem versum utique subcontrarie equipolentes fiunt:

non in Sub Ctrar verbo postponere Cura. —

Id est dicere, quod in subcontrariis verbo postponenda est negatio, et ita optime fiunt equipolentes. hec Doctrina traditur a D. Th. Si, sic dicente: esse non hominis non plus ponit, quam non esse hominis ex qua clare constat, quod propositiones subcontrarie possunt fieri equipolentes postponendo negatione Copule, ut dicimus in carmine supraposito. Sed contra videtur stare philosophus, nam ita se habet textus: Diversum significat, et non albus, et non esse albus: illud quidem anto hoc autem negatio. Sed breviter respondetur: consedo enim, quod hec est non albus, si privative intelligatur, diversum significat, et equivalet huic non est albus; quia tunc non est ita apperie pura negatio seu negatio extraquamvis, sed privatio aut negatio in genere, que quidem, etiam si neget formam nempe albedinem, tamen suponit subjectum aptum, seu afirmat existentiam subjecti in quo formam albedo negatur. Ideo in hoc sensu inquit philosophus est albus afirmatio quidem non est.

Quartum lectionem ...
[illegible]

Existente immo et de ente et non de ente prædicari. Et
hoc ultimo sensu ponitur a nobis negatio post copulam
ad æquipolentiam in subcontrariis consequendam
et in hoc eodem sensu inquit D. N. Si se præsitutam quod
esse non habeis non subeo ponit quam non est homini.

Ut melius intelligatis a nobis dicta
advertite, quod in materia necessaria et repugnanti
propositio affirmativa de prædicato infinito æquivalet sem-
per negativæ de prædicato finito: et similiter negativa
de prædicato infinito affirmativæ de prædicato finito.
hæc doctrina est Patris Mattaei dicentis: hæc est commu-
nis doctrina Summulistarum. Ratio est, quia in his pro-
positio subjectum non consernit tempus importatum per copul-
am, sed ampliatur ad quamcunque temporum differ-
entiam. At in propositione de materia contingenti subjectum in illa
propositione debet supponere existentiam subjecti secundum tempus
per copulam importatum, consequenterque non ampliatur
ad alias differentias temporis. Ex quo claret constatque in
quibus materiis possint fieri æquipolentes propositiones contrariæ
et quomodo.

Conversio est actio, in qua una propositione in aliam
in eodem terminis licet transmutatis. Transmutatio autem fit ponen-
do prædicatum pro subjecto et subjectum pro prædicatum. Conversio est triplex: alia
simplex, alia per accidens et denique alia per contrapositionem.
Conversio simplex est mutatio subjecti in prædicatum, et prædicati in sub-
jectum, servata eadem quantitatem et qualitate, v.g. omnis
homo est risibilis ergo omne risibile est homo. Conversio per accidens est ea
ns mutatio terminorum, manente eadem qualitate et mutata
quantitate, v.g. omnis homo est albus ergo aliquod album est homo.

Conversio per
contrapositionem est mutatio terminorum manente eadem
quantitate et qualitate sed mutatis terminis in infinitos,
v.g. omnis homo est rationalis: ergo omne non rationale est non homo. Sed
ut autem quæ propositiones et quomodo converti debeant in promptu
habeatis mandate memoriæ carmina ista.

Asserit A negat E sunt universalia
ambæ
Asserit I negat O sunt particulatia
utraque ambæ

Ubi A denotat ppe univle afirmativam; E universalem negativam: Y particularem afirmativam; O particularem negativam. Conversiones istarum in his versibus declarantur:

Simpliciter fecit converti tur eva per acci

Asto per contra sic fit conversio tota.

In quibus, voces itarum dicionum, fecit, eva, et asto, denotam quantitatem et qualitatem ppum, quae convertit devent sit: fecit denotat, ppem univlem negativa, et particularem afirmativam signatas per litteras E et Y convertibiles simpliciter. Eva ostendit, ppem univlem negativam, et univlem afirmativam signatas per litteras E et A, convertit per accidens. Asto indicat univlem afirmativam et particularem negativam signatas A, et O, convertendas esse per contra positionem.

Notate

ppio univle pesse sibe ipso convertitur etiam simpliciter: v. g. tis hoc est racionale ergo omne rationale est hoc: sed si ppis est posse in tomodo, ad hoc ut simpliciter convertatur devet pro illo tota esentia vel saltem pars ejus diferensiali et riucivale, nec converti tantum ratione ppe, quia ratione ppis devet converti, vel per accidens, vel per contra positionem. Etiam ppio particularis afirmativa exclusiva convertitur in ppem univle sine exclutione v. g. solus hoc est rationale est sic: ergo omne racile est hoc. tu exclusio: et tantum solum &.

Sectio 3ª quid et quotuplex sit?

Sillogismus prepicua species argumentionis definitur ab Arle sic: oratio in qua, quibusdam positis aliud quid a positis neseseario sequitur. Dicitur oratio et non argumentatio, quia argumentatio non est genus ad sillogismum et alias argumentationes; hic enim solus est argumentatio proprie, cetere vero impropie et reductive ad sillogismum. Vli quibusdam positis denotat duas ppes, et easum terminos devenit disponit in modo et figura. Aliud quid a positis nesesario seguetur indicat, conclusionem, quae positis bene dispositis, necessario infertur alia quae dicitur.

Sillogismus est duples, ☞ nesesitas consequentis. Nesesitate et consequensia. nesesitas q consequentia tendit

P

Leme conexsione nesescaria extremorum que solum reperitur in ppbus demonstratiuis necesaria et cuntum nesesitate et cum nequeant eon tingint ppe illarum esse falsa. Nesesitas consequentiæ attenditur penes distintionem premissarum ex quibus, si sint recte disposite sequitur nesesaria consequentia, siue sit vera siue falsa. Unde consequens respicit mam et sic non potest esse falsum; conse quensam vero respicit formam et sic potest esse falsa quando erit bona consequentia, si recte sequitur ex premisa.

Notatis pro

materia silogismi est duplex ex qua et in qua: ma ex qua dicitur proxima et alia remota: materia proxima sunt ppes ex quibus inmediate fit silomus et sunt tres, quarum prima dicitur mayor, 2a minor, 3a ergo. et tam due prime ppes vocantur premise quia premittuntur conclusioni. materia remota sunt tria extrema ex quibus ppes componuntur et debent esse tria, quia si sint pluria erit paralogismus et non silogismus. Unus ex tribus dicitur medium et est qui bis ponitur in premisis, semel in mayori et semel in minori. alius dicitur mayor extremitas et est qui ponitur in mayori vnitus cum medio +

mayor extremitas

+ Alius denique dicitur et est ille, qui in minori premisa

cum medio conjungitur, exemplum in hoc silogismo omnis homo est sed Petrus est homo: ergo Petrus est etc. Sed inveniuntur tria in isto silogismo, scilicet etc. ex quibus homo est medium, qui reperitur in mayori et in minori; et est mayor extremitas qua invenitur in mayori, et non est medium et petrus est minor extremitas qui reperitur in minori et non est medium

3

Materia in qua fit silogismus est triplex nesesaria, contingens et repugnans quas jam manent explicatas ubi egimus de materia ppis secundum istam triplicem materia in qua silogismus potest fieri, dividitur in silomum demonstratiuum, topicum et sophisticum: demonstratiuus est qui fit in materia nesesaria; topicus est qui fit in materia contingenti; sofisticus est qui fit in materia repugnanti. Quilibet istorum prodicit diversum efectum, nam demonstratiuus generat sientiam; topicus opinionem; et sophisticus errorem.

3 5

Forma silogismi est debitus dispositio materiæ ad concludendum. et quia materia est duplex, proxima et remota, ydeo duplex est forma: una quæ correspondet materiæ remote, et vocatur figura silogismi et alia quæ corresponde materiæ proxime et appellatur modus silogismi.

figura est dispositio terminorum penes subjectionem et prædicationem. Modus est debita dispositio propositionum debita quantitate, et qualitate.

Figura situs terminorum est, et medium, et extremitates triplici ter possunt disponi: 1a est in qua medium subjicitur in majori et prædicatur in minori. 2a est in qua medium prædicatur in M et N. 3a est in qua medium subjicitur in majori et in minori. Totum hoc carmine continetur:

Sub præ 1a; Secunda bis præ; 3a bis Sub.

Sub præ 1a denotat quod in 1a figura medium debet esse subjectum in Majori et prædicatum in minori. 2a bis præ indicat quod in 2a figura medium debet esse prædicatum in majori et in minori. 3a bis Sub. ostendit quod in tertia figura medium debet esse subjectum in majori et in minori. Modi syllogismorum qui a summulistis usurpantur sunt decem et novem, qui his carminibus continentur.

ferio,

Barbara, celarent, darii, Baralipton:
Celantes, dabitis, fapesmo, friesesomorum;
Cesare, Camestres, festino, Baroco,
Darapti:
Celapton, disamis, datisi, Bocardo
ferison.

Quilibet ex his carminibus est unus modus, et habet tres vocales, quæ denotant quantitatem et qualitatem propositionum juxta illud carmen: A negat E & hæc ordine 1a denotat quantitatem et qualitatem propositionis Majoris, 2a minoris, et 3a conclusionis. Et licet Baralipton, et friesesomorum plusquam tres vocales habeant, tres tantum observantur, et reliquæ omittuntur, quæ solum propter euphoniam ponuntur. Novem modi pertinentes ad 1am figuram, quatuor sequentes ad 2am, reliqui autem ad 3am

[illegible] Potate, qd omnis modi [illegible] figurae Concludant directe [illegible] quinque ultimi [illegible] figurae [illegible] conclusionem in[illegible] re concludere [illegible] minor extremitas [illegible] subiicitur in re, et [illegible] extremitas major praedicatur, concludunt in directe, qd major extremitas se subjiciat in conclusione et extremitas minor praedicatur. [illegible] primae figurae dicuntur perfecti quia in illis [illegible] apparet consequentia; quinque ultimi [illegible] dicuntur imperfecti, et ad 4 perfectos [illegible] reduci. Observare [illegible] exemplum cuilibet figurae et modis [illegible] placuit [illegible].

Exempla 4or modorum directe Concludentium 1a figurae supra 1a

Bar omnis [illegible]	Da omnis [illegible] est sensibilis;
Ba sed omnis leo est animal; [illegible]	Ri sed aliquid vivens est [illegible];
Ra ergo omnis leo est vivens [illegible]	I ergo aliquod vivens est sensibile
Ce nullum animal est lapis; [illegible]	Fe nullus spiritus est corpus; [illegible]
La sed omnis homo est animal; [illegible]	Ri sed aliqua substantia est spiritus
Rent ergo nullus homo est lapis	O ergo aliqua substantia non est corpus.

Exempla 5 modorum 1ae figurae indirecte Concludentium.

Ba omnis leo est al;	Da omnis [illegible] est vivens;
Ra omne [illegible]	Bi aliquid vegetabile est [illegible];
Li ergo aliquid [illegible]	Tis ergo aliquid vivens est vegetabile
Ce nullus equus est homo; [illegible]	Fa omne animal est corpus; [illegible]
Lan omnis [illegible]	Pes nullus arbor est [illegible]
Tes ergo nullus [illegible]	Mo ergo aliquod corpus non est arbor.

Fri [illegible] est [illegible];
Se nullus [illegible] vitis
So ergo aliquid [illegible]

Exempla 6x modorum tertiae figurae directe concludentium

Ce nullum animal est insensibile;
Sa sed omnis lapis est insensibilis;
Rent ergo nullus lapis est animal.

Ca omnis homo est risibilis;
Mes nullum brutum est risibile;
Tres ergo nullum brutum est homo.

Fes nullum insensibile est animal;
Ti aliquis homo est animal;
No ergo aliquis homo non est insensibilis.

Ba omnis equus est sensibilis;
Ro sed aliquis lapis non est sensibilis;
Co ergo aliquis lapis non est equus.

Exempla 4or modorum 2ae figurae directe concludentium

Da omne risibile est flebile;
Rap sed omne risibile est homo;
Ti ergo aliquis homo est flebilis.

Fe nullus sensibilis est [illegible];
Lap [illegible] omnis sensibilis est qualitas;
Ton ergo aliqua qualitas non est [illegible].

Di aliqua qualitas est sentienda;
Sa sed omnis qualitas est accidens;
Mis ergo aliquod accidens est sientia.

Da omnis quantitas est accidens;
Ti aliqua quantitas est superficies;
Si ergo aliqua superficies est accidens.

Bo aliquod animal non est rationale;
Car omne animal est vivens;
Do ergo aliquod vivens non est rationale.

Fe nullus color est substantia;
Ri aliquis color est albedo;
Son ergo aliqua albedo non est substantia.

Sectio 4a de Requisitis quae observari debent in qualibet figura ad rectam silogismorum consistentiam

Quae regulae silogismorum ab aliquibus ex principiis originem habent, ideo prius de istis postea de illis erit sermo. Illa principia quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se. Sensus est quod extrema quae uniuntur cum medio in praemissis uniuntur in conclusione inter se eadem unitate qua uniuntur cum medio seu tertio. Aliud est dici de omni, et dici de nullo. Cujus sensus est quod omne quod praedicatur de superiori absolute sumpto praedicatur de quolibet inferiori contento sub illo; et quod quod negatur de superiori negatur de quolibet inferiori contento sub illo.

P

Prima regula est quod in silogismo observentur omnes proprietates terminorum, si eorum [illegible] supp[ositio] [illegible] ampliatio, [illegible] contradictio. 2a est quod ambae praemissae non sint negativae, quia ex puris negativis nichil sequitur. 3a est quod ex puris particularibus nichil sequitur quod intelligitur [illegible]. 4a quod [illegible] in [illegible] [illegible] particularis [illegible] [illegible] negativa, quod conclusio sequatur debiliorem partem [illegible] [illegible] nisi [illegible] [illegible] per [illegible] [illegible] modos et figuras [illegible].

Sectio 2a de silogismorum reductione per ostensionem.

Quia 4or tantum modi perfecti sunt, reliqui 2 ex 10 omnes imperfecti, ideo isti aliqua ratione indigent reduci ad 4or perfectos, nunquam donec [illegible] eorum [illegible] sit necessaria, seu quia non ita clare patet sicut in perfectis. Potest autem reductio fieri duplicitur, scilicet per ostensionem, et per impossibile: nunc ergo agimus de 1a. Ad cujus intelligentiam notate quod 4or modi perfecti habent 4or innisiales, scilicet B C D F quibus literis etiam incipiunt modi imperfecti, quae literae correspondentia denotat quemlibet modum imperfectum reducendum esse ad illum modum perfectum, qui eadem litera incipit ut Baralipton ad Barbara, Celantes ad Celarent, Dabitis ad Darii, Festino ad Ferio, et sic de ceteris.

Notate etiam, quod in quolibet modo imperfecto reperiuntur aliquae ex his literis, scilicet S P M C, et quae [illegible] denotat propositionem correspondentem vocali antecedenti convertendam esse simpliciter. P indicat propositionem correspondentem vocali antecedenti convertendam esse per accidens. M denotat, praemissas silogismi transmutandas esse, ita ut quod Major fiat minor et minor fiat Major. C denotat intelligi silogismum tantum modo, in quo ipsa reperitur (intelligentia de reductione, quod solet contingere in bocardo, et baroco) solum posse reduci per impossibile. Ut sequenti nostro exemplo patefit totum.

Es vult simpliciter verti. P vero per acci. M vult transponi. C per impossibile duci.

Accipite exemplum ut cum omni claritate dicta percipiatis; hic silogismus: Omne [illegible] vivens; sed nullus lapis est vivens; ergo nullus lapis est [illegible], est factus in camestres, ideoque debet reduci ad celarent, quia utraque incipit litera C. quia post 2am vocalem quae correspondet praemissae minori sequitur S. debet propositio minor converti simpliciter sic: nullum vivens est lapis. Et quia in praedicto modo reperitur litera M, [illegible] debebit transponi ita ut Maior fiat minor, et minor fiat Maior. Quia [illegible] post tertiam vocalem, quae correspondet conclusioni reperitur [illegible] [illegible] et conclusio simpliciter convertitur. Quibus observatis manifestus modus [illegible] in celarent sic:

Ce nullus vivens ē lapis:
La Sed ō ā ē vivens:
Rent ergo nullus āl ē lapis.

Sectio 6ª Silogismus reduccione per inposibile

hec reduccio silogismus dicitur per inposibile quiasi aliquis neget consequenciam simi facti in modo inperfectos tenetur concedere aliqd inposibile, quod sequitur ex modo ponendi premisas tales simi. et per hanc reductionem fit solus simi facti in vocando et equivoco sed etiam in alii modi inperfecti et hec reductio fit hec modo, si negatur consequenciam simi facti in modo inperfecto, infertur ejus contradictorius, ex quo et una de premisis consesit fuerunt tales premise ipso exitis sequitur contradictio seu aliquod inposibile ut acutemsibilis; quando contradictorius ponendum est, pro Mi quiando pro mi et que ex premisis li simi sumenda sit prō efocihando 2o simi, ob servante et immemoria retinente sequentia

Prima contradictorium et Mª 2ª Mª et contradictorium 3ª contradictorium et minor Celantes minor et contradictorium

Dum intelegere, quissimus inperfectus, cujus consequencia negatur, sim ficiar, infertur contradictorius consequentie negate ponitur pro Mi et Mayor simi inperfecti pro mi et fit silogismus perfectus apono vobis exemplus in Daraliptom:

Dara

Da omnis hōō ē animal;
Ra sed o ex aliq ē est hōō:
Li ergo aliqd āl est aiale.

Si aliquis negaret consequentiam istius simi, infertur ejus contradictorius sic. ergo nullum āl ē aiale, qd tenetur consedere quia duo contradictoria non posunt esse simul falsa et ita ponitur pro mayori contradictorius et mayor simi inperfecti ponitur pro minori, et fit simus sic
Ce nullum āl ē rationale;
La sed omnis hōō ē animal:
rent ergo nullus hōō e racalis

... mus sit

Si silogismus sit in 2a figura, ponitur major iterum pro majori, et contradictorium pro minori. Si vero fit in tercia figura, ponatur contradictorium pro majori, et minor vero iterum pro minori. Si denique sit silogismus factus in felantes minor illius ponitur pro majori et contradictorium pro minori.

Sectio 7. De falacis

Falacia est defectus dissimulatus ratione cujus silogismus sophisticus apparet verus licet in se falsitatem includat. falacia alia est in dictione, alia extra dictionem

Sub sectio 1a quid et quotuplex sit falacia dictionis

falacia dictionis est in qua causa apparentie sumitur ex parte dictionis. dividitur in falacia equivocationis amphibologie compositionis divisionis acentus et fie dictionis. falacia equivocationis est quando in silogismo ponitur aliquis terminus equivocus, qui in una propositione sumatur pro uno significato et in alia sumitur pro alio. Vg. canis currit, sed sidus est canis: ergo sidus currit. falacia amphibologie est deceptio orta ex oratione accepta in duplici sensu, Vg. quicumque aret litus, scindit terram; sed quidam est piger, quia aret litus: ergo quidam est piger, scindit terram. Ubi ambiguitas oritur ex illa oratione arare litus, que etiam significat tempus perdere. hec phalacia distinguitur a precedenti quia oritur ex dictione incomplexa, hec autem ex complexa. falacia compositionis est deceptio orta ex eo, quod ex oratione vera in sensu diviso infertur oratio falsa in sensu composito, Vg. sedens potest currere; sed Petrus est sedens: ergo Petrus sedens potest currere;

falacia divisionis est deceptio orta ex eo quod ex oratione vera in sensu composito, infertur oratio falsa in sensu diviso Vg. quinque sunt plus quam quatuor; sed duo et tria sunt quinque: ergo duo sunt plus quam quatuor et tria sunt plus quam quatuor.

falacia acentus est deceptio orta ex vario acentu vocabulis, Vg. populus est arbor; sed gens est populus: ergo gens est arbor. Populus sumitur pro arbore, tu vocali producta: et sumitur pro gente illa vero vocali correpta.

falacia figure dictionis est deceptio orta ex similitudine dictionis, vel in terminatione vocis, vel in significato, vel in modo significandi. et potest evenire tripliciter: 1o ex similitudine terminatione, Vg. qualis est Musa talis est Poeta sed musa est feminini generis: ergo et Poeta ...

Quidquid gerit emitit odio tormedisti; sed gerit e Justi
Kaarne; eudq; ergo odio carnem crudq; comedisti.
3o ex variatione suposisionis, Vg: homo ē species; sed Petrus ē hoo: ergo Petrus ē species. In Mayori hoo suponit simpliciter et in minori personaliter.

Subcectio 2a quid et quotuplex sit fallacia extra dictionem?

Fallacia extra dictionem ē aparentia orta ex parte rerum significatarum: dividitur in fallaciam accidentis, ad Quid ad simpliciter, ignorantiae elenchqui, pettitionis principii, consequentis, non causae ut causa, et plurium interrogationum ut unius. Fallacia accidentis ē, quando qd convenit accidentaliter predicato, tribuitur etiam subto vel ecconverso, Vg: ãl ē neutrius generis; sed hoo ē ãl: ergo hoo ē neutrius generis.

Fallacia ad Quid ad simpliciter ē quando ad dicto Quid, infertur dictum simpliciter, ut si ex hoc, etiops ē albus quo ad dentes, infertur: ergo etiops ē albus. Ygnorantia elenchqui ē quando infertur ut contradictio, qd revera contradictio nō ē, Vg: numerus ternarius excedit binarium; sed non excedit quaternarium; ergo excedit et nō excedit. Notate qd elenchqus idem ē ac contradictio, et cum contradictio sic: afirmatio et negatio ejusdem de eodem, et Qui idem, et in eoden tempore, si contradictio que infertur, non habet istas condiciones tunc dicitur ygnorantia elenchqui.

Petitio principii ē, quando ydem probatur per ydem: ut ensis ferit quia gladius ferit, vel quando ignotum probatur per eque ignotum, ut si probetur, quod Aristoteles fuit discipulus Platonis sic: Plato fuit magister Aristotelis: ergo Aristoteles fuit Platonis. Fallacia consequentis ē, quando ex antecedenti infertur tanquam consequens, qd revera non ē consequens illius, ut quando ad feriori ad superius arguitur negative, Vg: nō ē hoo: ergo non ē ãl, vel quando arguitur a superiori ad inferius afirmative, Vg: ē ãl: ergo ē hoo. Fallacia non causae ut causa, quando accipitur pro medio seu causa, quae vera causa nō ē, Vg: albus ē disgregativus visus; sed paries ē albus: ergo paries ē disgregativus visus.

Falacia pluriu interrogationum per modum unius ē, quando fiunt plures interrogationes per modum unius, et sophista vult unica responsione satisfieri questioni multiplici, cui non nisi multiplici responcione satisfieri potest, ut si queratur: hoc et hoc sint ne animal rationale? sunt plures interrogaciones per modum unius, quibus si respondeas unica responcione esse, statim inferet: ergo leo ē animal rationale: si vero respondeas non esse, statim inferet: ergo homo nō animal rationale: quare pluribus responsionibus utendū ē, ne insidiatis in predicta falacia.

LIBER SECUNDUS SUMMULARUM.

IN QUO ALIQUE QUESTIONES SIRCA DICTA IN LIBRO EXAMINANTUR. DISPUTATIO 1ª DE PERTINENTIBUS AD 1UM CAPUT.

QUESTIO 1ª UTRUM TERMINUS EXTRA PPM SIT FORMALITER TERMINUS.

Diximus in 1º libro qd terminus extra ppm ē objectum cognitum per 1ª operatione intellectus, antequam per 2ª operationem comparetur. terminus intra ppm ē extremum ppis, in quo per actualem comparatione intellectus, sive per secundam operationem resultat relatio rationis subjicibilitatis, vel predicabilitatis. Cum autem terminus extra ppm habeat potentiam (que ē quedam relatio) ad esse actualiter in ppe, precedit dificultas an hec potentia, seu aptitudo sit sufficiens, ut talis terminus extra ppm sit actualiter terminus logicus? sirca qd duae sunt sententie, 1ª ē cō thomistarum afirmantium terminus extra ppm esse formaliter terminum logicum; thomistas sequuntur nostri exponentes et villa castin. Secunda ē nostra.

Rō: terminus extra ppm nō ē formaliter terminus logicus. Probatur 1º: quidquid ē terminus logicus habet rationem constitutivam termini logici; sed terminus extra ppm nō habet rationem constitutivam termini logici: ergo terminus extra ppm nō ē terminus logicus. prob. minorem: relatio rationis subjicibilitatis vel predicabilitatis ē ratio constitutiva termini logici; sed terminus extra ppm nō habet talem relatione rationis: ergo terminus extra ppm non habet rationem constitutivam termini logici. Confirmatur: qdlibet denominatur formaliter tale a forma; sed terminus extra ppm nō habet formam termini logici, quam dicitur formam esse

Relationis ergo totus extra ipsam non est formaliter totus logicus.

Probatur 2.º: nihil est formaliter tale, nisi habeat actualiter illud quo formaliter tale constituitur; sed totus extra ipsam non habet actualiter illud, quo constituitur ut formaliter totus: ergo extra ipsam non est formaliter totus. Confirmatur: posse habere formam, non est esse formaliter tale a tali forma: sed totus extra ipsam tantum potest habere suam, et actu non habet illam: ergo extra ipsam non est formaliter totus, licet posit esse formaliter totus. Confirmatur item: licet homo posit esse pater, antequam habeat actualiter filium, non tamen est actu pater donec ipsum actualiter habeat: ergo licet totus extra ipsam posit habere suam [illegible], non tamen est actu totus donec suam [illegible] actualiter habuerit, sed ista non habet actu, nisi in [illegible]: ergo extra ipsam non est formaliter totus.

Urgetur: si terminus extra ipsam esset formaliter totus, idem totus esset simul et semel plures toti; sed hoc implicat: ergo extra ipsam non est formaliter totus. Major patet, quia idem totus extra ipsam simul habet potentiam ad multiplices terminationes et relationes rationis: ergo si potentia ad terminandum sufficit ad esse formaliter totus, quia totus extra ipsam simul potest multipliciter terminare, simul erit multiplex totus. Nec valet responsio, quod erit multiplex respectu diversorum, quia instantia nostra est in conditione multiplicitatis respectu eiusdem. Patet: idem totus praedicabile potest esse subiectum et praedicatum respectu istius toti flexibile: ergo si potentia sufficit ad esse actualiter totus, idem simul erit subiectum et praedicatum respectu eiusdem: nec ergo hoc dicatur, dicendumque est totum extra ipsam non esse formaliter totum.

Arguitur 1.º contra 2.am: iuxta communem prologum, [illegible] non dicunt actu se [illegible] omnium: ergo universale formaliter totus extra omnium ipsum, nec vero [illegible] non est, quod totus debet esse actualiter in ipso, sed quod posit esse; sed totus extra ipsam potest esse extremum ipsius: ergo extra ipsam est formaliter totus logicus. Respondetur explicando prologum: universalia in [illegible] non dicunt actu se [illegible] inferiora, quae constituuntur per actum, nego; prologum enim [illegible] quaelibet esse abstracta ab actu, concedo; prologum explicatur declarius: in absolutis concedo; in relativis nego. Relativa constituuntur per relationem actualem, ut patet in paternitate, quae non est formaliter pater, nisi actualiter [illegible] relatione paternitatis ad filium [illegible] et cum totus logicus sit relativus, sequitur quod constituitur per relationem actualem et consequenter prologum non est contrarium.

Sed contra: universale logicum constituitur per aptitudinem; sed universale logicum est relativum: ergo aliquod relativum constituitur per aptitudinem. Respondetur distinguendo majorem: constituitur per aptitudinem, quae aptitudo est ipsa actualis relatio universalitatis, concedo majorem; per aptitudinem ad universalitatem, nego majorem; et [illegible] paritatem, quia aptitudo quae constituit universale logicum est quaedam 2.a intentio, seu relatio rationis proveniens ab intellectu comparante naturam ad inferiora.

Ad vero aptitudo quae habet ratio ad praedicabilitatem terminandi, non 2a intentio sed tantum potentia ad ipsam relationem seu intentionem 2am.

Arguitur 2o: juxta filosophum, ratio est id in quod resolvitur propositio, ut praedicatum, et id de quo praedicatur; sed propositio resolvitur in terminos extra propositionem: ergo ratio extra propositionem formaliter ratio. Probatur minor: resoluta propositione non manet propositio: ergo terminus in quos propositio resolvitur sunt extra eam. Respondetur explicando textum in quod resolvitur propositio sunt li resolvitur prout idem est ac continetur, comprehenditur seu clauditur, sic intelligitur philosophus; sumpto li resolvitur prout idem est ac destruitur sic non intelligitur philosophum. Eodem modo distinguitur propositio minor ejus probatio. — Lib. 1. Prior. c. 1.

Potest enim resolvitur sumi dupliciter: vel prout idem est quod destrui, quo sensu dicitur totum resolvi in ea quae manent ejus post destructionem, et sic non intelligitur li resolvitur philosophi; vel prout idem est ac claudi, contineri seu terminari, et in hoc sensu intelligitur li resolvitur philosophi. Patet ex illius verbo: ut praedicatum, et de quo praedicatur, quae non possunt intelligi nisi terminis propositionis actualiter terminantibus, quia termini qui manent post propositionis destructionem nec sunt subjectum nec praedicatum, ut etiam concedunt ipsi adversarii. Obiter notate quod hoc eodem modo explicat textum philosophi Pater Villalpando Castro, quibus nullus nos hoc utitur argumento. — Lad. P. C. 1. n. 7. et pag. 22. n. 5.

Arguitur 3o: juxta omnes ratio pertinet ad 1am operationem intellectus; sed si ratio constitueretur per relationem subjicibilitatis vel praedicabilitatis non pertineret ad 1am sed ad 2am: ergo ratio non constituitur per illam relationem rationis, et consequenter extra propositionem est formaliter ratio. Respondetur distinguendo majorem: pertinent ad 1am operationem intellectus quo ad fieri, nego majorem; quo ad cognosci, subdistinguo: quod ad cognoscit cognitione simplici, concedo; quod ad cognoscit cognitione comparativa seu discursiva, nego. Et veniter concedimus rationem logicam pertinere quo ad fieri ad 2am intellectus operationem, non quia ratio sit ipsa 2a operatio seu comparatio, sed quia fit per judicium seu comparationem, ex qua resultat in objectis comparatis illa intentio 2a seu relatio rationis quae constituit rationem formaliter talem. Unde quando dicitur rationem pertinere ad 1am intellectus operationem, debet intelligi quoad cognoscit, quia per ipsam simpliciter cognoscitur, postquam effectus per 2am; sed quod ad fieri pertinet ad 2am, quia per ipsam fit.

Y. 1.ª 2.ª
Int. a. 23.
9.ª Lan. 2.º

Fateri hoc Clarissime Pater ex D. Th. dicente: omnis inten
tio 2.ª est relatio rationis, non quecumque sed pertinens ad
extremum vel actus intelectus comparantis vel di
videntis vel saltem conferentis unum ad aliud. Hoc
patet, quia intentio 2.ª secundum omnes causatur
per actum intelectus negociantis circa rem intentionis. Minor sic: sed 1.ª constituitur formaliter per
relationem rationis, seu intentionem 2.ª: ergo pertinet
ad operationem 2.ª, seu comparationem, quia per actum fit
et non per actum operationem intelectus.

Sed contra: differentie terminorum, v. g. esse significativum, et non significativum, concretum
et abstractum, conveniunt terminis ex natura rei: ergo terminus non
fit per 2.ª operationem intelectus. Respondetur distinguendo antecedens: differentiae terminorum vocalium conveniunt terminis
ex natura rei, concedo antecedens; differentiae terminorum mentalium,
nego antecedens. Et distinguo consequens: ergo terminus men
talis non fit per 2.ª operationem intelectus, concedo; ergo terminus
vocalis non fit per 2.ª operationem intelectus, concedo, sed
nego suppositum, scilicet quod terminus vocalis sit formaliter terminus logi
cus; vocales et scripti non sunt formaliter termini, sed
signa terminorum mentalium, quia proprietatibus logicis differentiae terminorum mentalium, scilicet esse subjectum et predicatum, et hec
non conveniunt terminis ex natura rei. Differentie vero de quibus
loquitur arguens, scilicet ... vocant, ideoque
vocibus ex natura rei conveniunt.

Arguitur: subjectum est
formaliter terminus; sed in natura rei est terminus ex natura rei non est
formaliter terminus, et est subjectum: ergo terminus ex
natura rei est formaliter terminus. Respondetur concedendo Maj.
et distinguendo min.: terminus ex natura rei in actu signato est subjectum,
concedo min.; terminus ex natura rei in actu exercito est subjectum,
nego min. Distinguo etiam consequens: ergo terminus ex natura rei
in actu signato est formaliter terminus, concedo consequens;
in actu exercito, nego. In actu signato dicitur aliquid
quando accipitur pro suo significato; in actu exercito
dicitur quando accipitur pro exercitio sui signi
ficati. Unde in natura rei accipitur terminus ex natura rei in ac
tu signato, quia accipitur pro suo significato, et non
exercet esse ex natura rei, et sic est subjectum. Terminus vero ex natura
rei in actu exercito, seu qui exercet esse ex natura rei,
numquam est subjectum nec predicatum.

Queres: an copula sit formaliter terminus. Respondetur negative. Probatur: terminus est extremum propositionis;
sed copula non est extremum propositionis: ergo copula non est terminus. Probatur minor:
unio uniens extrema propositionis, scilicet subjectum et predicatum, non est extremum propositionis;
sed copula est unio uniens extrema majoris: ergo copula non est ...

P
=tis et consequenter n̄ ē tūs. Sed contra: in hac ppē, copu
la n̄ ē fpaliter tūs, copula ē subtī: ergo etiam. Respondetur
distinguendo antecedens: copula in esse signato ē subtū, concedo:
copula in esse exercito, nego. Contra: in hac ppe ē copulatiū, ē sub
tū: ergo copula in esse exercito ē tūs. Respondetur concedendo
antecedens, et negando suppositum consequentis, s. qd licet ly sit copu
la in esse exercito, quando exercet ibi munus copulæ, ideoque
non ē tūs.

¶. 2ª U. voces n̄ significativæ sint fpaliter tī.

Jam diximus alibi voces non significativas esse, quæ nihil signifi
cant, ut Blictiri, Sindapsus, &, quæ ad libitum efformari possunt, nihil
significantes. Dubitatur ergo in præsenti an quando componunt
ppes sint fpaliter tī?

Ro: voces n̄ significativæ, ppes componentes, su
nt fpaliter tī. Ita communiter, et contra tomistas. Proba
tur 1º ratione 1º: termi sunt extrema ppis; sed voces n̄ significative
ppem componentes sunt extrema ppis: ergo sunt fpaliter tī.
Probat min ista ppe Blictiri non est sindapsus, cujus extrema sunt
voces non significativæ. Confirmatur: extremum, de quo aliquid
dicitur, ē fpaliter tūs; sed in his ppbus, Blictiri ē vox n̄ significa
tiva: sindapsus ē trisilabum, ē vox vel dictio n̄ significativa, aliquid
dicitur seu prædicatur: ergo sunt fpaliter tī. Confirmatur 2º:
dicta contradictorios hæc ē vera ppio: Blictiri n̄ ē fpaliter tūs, sed
subtum illius ē vox n̄ significativa: ergo voces non significat
ivæ sunt formaliter tī. Arguitur: voces n̄ significativæ n̄ possunt
componere ppes: ergo n̄ sunt fpaliter tī. Probatur antecedens: oratio
vox significativa; sed ppio ē oratio: ergo ppio ē vox significativa, con
sequenter quæ ex solis vocibus significativis debent componi. Respo
ndetur negando antecedens, atque concessa majori et mi,
negatur consequentia qa ad 2g partem. Ratio ē quia ad ratio
nem orationis sufficit, si una pars sit significativa, ut constat
ex ejus definitione: et cum omnis ppio constet copula, et hæc
sit significativa, ē quod etiam reperitur in ppe de subjecto et
prædicato non significativis composita.

Respondetur 2º
distinguendo minorem orationis: ppio vocalis ē oratio, concedo; ppio
mentalis ē oratio, nego. Quando dicitur, qd ppio ē oratio quia
aliquid affirmat vel negat, dicitur ppio vocalis, n̄
vero ppio mentalis, quia oratio ē vox, et ppio mentalis
non ē vox. Unde neque ppio mentalis ē vox significativa,
nec requiritur, qd aliqua ejus pars sit significativa:
siquidem in ea, etiamsi concedo qd voces non significativæ
non essent extrema ppis vocalis, essent extrema ppis
mentalis, quæ propriè tī logici sunt.

Arguitur 2° illud, cui applicatio termini non convenit non est terminus; sed vocibus non significativis prout componentibus non convenit suppositio, quae est proprietas termini: ergo non sunt formaliter termini. Respondetur concedendo Maiorem et distinguendo minorem: vocibus non significativis non convenit suppositio formalis, concedo minorem; non convenit suppositio materialis, nego minorem. Suppositio formalis quae est acceptio termini pro suo significato non convenit vocibus non significativis sed convenit illis suppositio materialis, quae est acceptio termini pro re ipsa. Respondetur secundo: quod suppositio est proprietas termini vocalis non vero mentalis: unde dato et non concesso quod argumentum concluderet quod voces non significativae non sunt termini vocales, dum sint extrema propositionis mentalis sunt formaliter termini.

Arguitur 3°: voces non significativae sunt termini solum materialiter: ergo non sunt termini formaliter. Probatur antecedens extrema propositionis materialis sunt termini materialiter; sed voces non significativae sunt extrema propositionis materialis: ergo sunt termini solum materialiter. Respondetur negando antecedens et eius probatione nego suppositum maioris, scilicet quod detur propositio materialis, quia cum non possit dari propositio sine forma et habitudine propositio quae dicitur denominetur formalis inde est quod nequit dari propositio quae formalis non fit.

Arguitur 4° idcirco voces non significativae sunt formaliter termini quia sunt extrema propositionis; sed haec ratio non probat: ergo non sunt formaliter termini. Probatur minor: si haec ratio probaret, etiam concederetur quod litterae cum sole accipiuntur essent formaliter termini, quia aliquando sunt extrema propositionis; sed hoc non: ergo illa ratio non probat. Respondetur concedendo Maiorem et negando minorem: ad eius probationem concedo Maiorem et nego minorem quia si litterae propositionem componant sic: A est litera: sed nunc est C, sunt extrema propositionis, consequenter quae convenit illis definitio termini, quod libenter concedimus.

Arguitur 5°: propositio [illegible] est extremum propositionis [illegible]: ergo etiam quod voces non significativae sint extrema propositionis [illegible] quod sint formaliter termini. Probatur maior: [illegible] propositio est extremum propositionis: ergo propositio [illegible] est extremum propositionis. Respondetur [illegible] Maiorem: [illegible] propositio est extremum propositionis nego Maiorem; [illegible] est extremum propositionis concedo Maiorem et distinguo minorem: [illegible] subiectionem propositionis concedo; sub [illegible] nego. [illegible] quae constituit [illegible] formalis et alia quae constituit [illegible] quando propositio est extremum: [illegible] subiicibilitas vel praedicabilitas. Ratio est manifesta quia prius est propositio sit constituta in ratione propositionis quam quod ista propositio sit extremum [illegible], et [illegible] etc.

Arguitur 6. terminus syncathegorematicus est extremum alicujus propositionis: nomine est nomen adjectivum: bene est adverbium vel tenetur formaliter terminus: ergo falso quod voces non significativae intentionem reipsa non sequitur, quod intraollae atli. Respondetur distinguendo antecedens: terminus syncathegorematicus materialiter acceptus, hoc est, pro ipsa voce est extremum propositionis, concedo; formaliter acceptus, id est, pro suo significato, nego. Quia terminus syncathegorematicus pro suo significato nihil certi significat, quia est tantum est modificativus significationis alterius, ideoque sic acceptus non potest esse extremum propositionis; si vero accipiatur pro ipsa voce, potest esse extremum, ut in exemplis in argumento positis: sed tunc nec [illegible] syncathegorematicus, quia non convenit illi esse modificativus significationis alterius.

Q.^a 3.^a Utrum definitio Signi sit bona?

[illegible] assignabimus definitionem signi in [illegible], nunc autem exquirimus de ejus rectitudine, ad cujus intelligentiam noto, quod repraesentare est rem praesentem facere; significare vero est aliud esse distincte repraesentare. Unde repraesentare latius patet quam significare, quia quod repraesentat seipsum non significat.

Dico: definitio signi est bona. Probatur: definitio signi constat genere et differentia: ergo est bona. Probatur antecedens: nam per aliquid potentiae cognoscitivae repraesentat convenit signo cum objecto seipsum repraesentante, et cum vocibus non significativis quae seipsas repraesentant, a quibus omnibus differt per aliud quippiam esse distinctum: ergo definitio signi est bona.

Arguitur 1.º definitio signi non convenit omni suo definito: ergo non est bona. Probatur antecedens: haec vox nichil est signum, quod non repraesentat: ergo non convenit illi definitio signi. Probatur minor: si repraesentaret, esset nichil: ergo non repraesentat. Respondetur negando antecedens et distinguendo minorem probationis: nichil non repraesentat aliquid positive, seu entitative, concedo; non repraesentat absolute, nego. Licet vox nichil non repraesentet aliquid positivum, repraesentat negative, scilicet illud non esse, quod significat, quia significare est repraesentare, et ad rationem signi [illegible] quod repraesentet aliquid positivum, sed quod aliud repraesentet, unde est quod vox nichil est signum, sicut etiam caecitas, carentia, negatio et hujusmodi voces, quae negationes significant.

Arguitur 2º: corpus Cristi in eucharistia ē signum corporis Cristi in Cruce, sed corpus in cruce n̄ ē distinctum a corpore Cristi in eucharistia, ergo signum non semper est aliud a se distinctum representare. Respondetur negando Minorem, quia corpus ē sanguis Cristi Domini in eucharistia n̄ sunt signum sensibile, sed species panis et vini, connotantes corpus et sanguinem Cristi Domini. Unde species eucaristicæ sunt signum, signatum vero corpus et sanguis, quæ a speciebus realiter distinguitur.

Arguitur 3º: immago Cesaris aliud a se distinctum representat, scilicet Cesarem; sed n̄ ē signum: ergo definitio signi n̄ ē bona. Probatur minor: non est signum naturale, quia non ex natura, sed ab arte habet Cesarem representare; nec est signum ad placitum, quia ex institutione hominum non habet representare: ergo nullo modo ē signum. Respondetur negando minorem, et ejus probationem, ad cujus probationem dicitur, quia imago licet dependeat ab arte quo ad fieri, non tamen quoad representare; nam posquam imago est facta, representat naturaliter ob naturalem proportionem quam habet cum prototypo, quod sufficit ad signum naturale.

Arguitur 4º: Causa representat aliud a se distinctum, scilicet effectum, sed non est signum sui effectus: ergo definitio signi non est bona. Probatur minor: signum debet dependere a signato; sed causa non dependet ab effectu: ergo non ē signum illius. Respondetur negando minorem, et distinguendo majorem probationis: signum debet dependere a signato in essendo, nego; in representando, concedo. Causa ē signum naturale effectus, et licet non dependeat ab effectu in essendo, quia potest esse sine illo, dependet tamen in representando, quia non potest representare effectum sine illo, quod sufficit ad signum, ut patet in sacramentis, quæ spectantur a teologis, Causa et signo gratiæ.

Nichil deest.

el a ...

[illegible]

Quaeritur 4.ª quaenam sit relatio constitutiva signi. Tria reperiuntur in signo nempe entitas materialis rei, seu vocis, quod est substratum rationis formalis constitutivae signi, seu aliquid in cujus signum rei [illegible] aptum ad signandum signatum, [illegible] altitudo quae resultat ex [illegible] et actualis signatio quando signum actualiter signat signatum. Ut in ymagine Cristi Domini reperitur entitas materialis signi, ut lintei et coloris; reperitur etiam proportio quaedam et conformitas cum Cristo Domino; deinde reperitur altitudo quaedam ducendi potentiam in cognitione Cristi resultans ex tali proportione; et denique actualis signatio, nempe cum actu movet videntem ad cognitionem Cristi Domini. Ex his quaeritur quaenam [illegible] sit relatio constitutiva signi, quae sit proportio [illegible] non solum de signo naturali sed etiam de signo ad placitum.

Dico

Signum naturale constituitur per connexionem et proportionem quam habet cum signato. Patet [illegible] lecturis [illegible] repraesentat [illegible] proportionem [illegible] colore [illegible]: ergo [illegible] connexione constituitur [illegible] per connexionem in signo [illegible] proportio: ergo [illegible]. [illegible] constitutiva signi non solum relatio quae dicit ad signatum, sed etiam relatio quam dicit ad potentiam [illegible] constituitur per illam proportionem. Respondetur [illegible] antecedens [illegible], quia in essentia constitutiva signi [illegible] convenit enim alicui quod non sit signum, at illa relatio quam dicit ad potentiam convenit etiam objecto, quod tamen non est signum. Unde solum constituitur per proportionem et connexionem quam dicit ad signatum.

Dico 2.º: signum ad placitum constituitur per relationem rationis derelictam ab actu voluntatis imponentis. Ita [illegible]. Probatur: ex eo quod Adamus voluit hanc vocem homo significare naturam humanam, constituta est significativa illius, et factum nomen ejus, [illegible] Genesis [illegible] vocavit Adam ... [illegible] est nomen ejus: ergo constituitur per illam relationem rationis. In 4. 9.ª q.ª 9 2.ª n.º 7.

Contra: potest cognosci signum ad placitum quin cognoscatur illa relatio rationis: ergo non est in essentia constitutiva illius. Respondetur distinguendo antecedens: potest cognosci confuse, ut cognosci potest definitum quin cognoscatur relatio rationis, concedo; potest [illegible] clare et distincte, ut cognoscitur definitio, nego. [illegible] potest [illegible] cognosci [illegible] definitionis et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Quaeres 2o: qualiter fiat exercitium significationis vocis? Dico, quod non fit causa per aliquam causalitatem physicam qua vox significativa producat cognitionem rei significatae, sed per quandam excitationem et conducionem ad intimationem, qua vox moraliter excitat mentem audientis, ut eliciat cognitionem rei per eam significatae mediante specie impressa talis rei, quam in se habet. Est contra diversos tamen. Probatur

Probatur ratione 2 N. S.: si vox esset physice productiva cognitionis rei, vere vitaliter produceret intrinsece audientis cognitionem rei significatae: sed hoc non; ergo vox non est physice productiva cognitionis rei. Probatur minor: quia eodem existente agente principali et instrumento sufficiente sequitur actio; sed illa vere vitaliter intellectus audientis producit cognitionem rei significatae: ergo si intrinsece illam producerent, esset quia ipsae non sunt productivae illius.

Int° se 1a agit a ... et in 2° se 2a ... 2a ne 2 in resp. q. 28

Notandum

pro clariori intelligentia, quod ut loquutio vox ducat audientem in cognitionem rei significatae, triplex notitia requiritur, scilicet notitia vocis, notitia significationis ejus, et notitia rei significatae. Est doctrina D. N. Sis, cujus sunt verba sequentia: quod patet, quia quantumcumque voces sermo proferetur, si audiens non haberet in se speciem rei prolatae nullus conceptus causaretur in eo de illa re. Unde per voces non intelligimus res, nisi quando habemus species, sed actualiter eas consideramus, hoc propter relationem signi ad signatum. Videatur D. N. Sis loco citato numero decimo.

Q. 3a An voces immediatius et principaliter significent res an conceptus formales?

Pro intelligentia noto 1o quod conceptus alius est formalis, et alius objectivus. Conceptus formalis est ipsa cognitio, seu actus intellectus, quo cognoscitur objectum; conceptus objectivus est ipsa res seu objectum, prout cognitum a potentia cognoscente. Unde una cognitio, seu unus conceptus formalis potest esse conceptus objectivus, si sit objectum cognitum ab alia cognitione, sicut etiam quodlibet aliud objectum, sive positivum sive negativum, sive reale sive rationis. In praesenti nomine rei intelligimus conceptum objectivum.

Noto 2o: quod aliud est significare immediate et aliud significare principaliter: significare immediate est aliquid exprimere sine significatione per nomen; significare principaliter est signum ... aliquid, ad quod significandum ex institutione per se institutum signum fuit impositum, sive hoc fiat prius ordine ... Etiam notate, quod homo ... non habet conceptum de re sic ... possibilis prolatae ...

per ipsas, ut sunt voces prolatae ab avibus, et ab homine loquente in idiomate quod nescit. Unde quaestio procedit de vocibus prolatis ab habente p[er] conceptus formales, seu cognitiones, et rei significatae per ipsas voces. Thomistae tenent voces significare principaliter res, immediatius tamen conceptus formales.

Dico 1[a]: voces principaliter significant res seu conceptus objectivos. Probatur ex D. Thoma dicente: pro rebus utimur nominibus, quia ipsas res non possumus ferre, res vero cogitamus; item ex D. Thoma dicente: licet magna differentia fiat in voce, atque sit [illegible] conceptus: tamen breviter concedendo quod illud quod significatur per vocem proprie est res: ergo juxta illum ex D. Thoma voces principaliter significant res. Probatur

3o: in actu primo et in actu secundo: vel aliis terminis, actualiter et aptitudinaliter. Hi termini coincidunt cum praecedentibus: actus primus est ipsa potentia intelligendi, volendi; actus secundus est ipsa actio elicita a potentia. Unde in actu primo dicitur aliquis operari, vel aptitudinaliter, quando praecise habet potentiam operandi; in actu secundo vel actualiter, quando de facto operatur. Sic sedens dicitur currere in actu primo vel aptitudinaliter, quia tunc solum habet potentiam ad currere; quando vero currit, dicitur currere actualiter, vel in actu secundo.

4o: absolute et respective: tunc dicitur aliquid absolute tale, quando in se habet naturam absque eo quod comparetur ad aliud, ad hoc ut praestet denominationem, ut homo absolute rationalis, quia in se absque comparatione ad aliud habet rationalitatem; respective dicitur aliquid, quando habet denominationem respective vel comparative ad aliud. Sic homo statura pusillus dicitur magnus respective ad pumilionem; sed dicitur pusillus respective ad gigantem, vel ad alium hominem excedentem notabiliter in statura.

5o: absolute sive simpliciter, et secundum quid: hoc vero tunc praedicatum convenire subiecto absque limitatione: sic homo dicitur absolute, et sine limitatione rationalis, vel albus; secundum quid denotat praedicatum convenire subiecto cum aliqua limitatione: sic Aethiops dicitur albus secundum quid, quia habet albedinem cum limitatione, scilicet dentes tantum.

6o: positive et negative: tunc dicitur aliquid positive tale quando in se habet formam positivam, ut quando homo habens in se gratiam dicitur positive justus; negative autem dicitur aliquid, quando non habet formam positivam, et tamen non habet oppositam: sic homo non habens gratiam, nec peccatum, dicitur negative justus.

7o: confuse et distincte: hoc maxime expectat ad actus cognitivos, aut expressivos, v.g. hec vox exercitus duos conceptus significat, quorum unus dicitur distinctus, et alius confusus: confuse significat duces, et milites; distincte autem dicit ex diversis rationibus multitudinem.

8o: implicite et explicite: quando aliqua non exprimuntur in subiecto vel praedicato, dicitur implicite, ut quando dicitur homo est animal, intelliguntur implicite Petrus, Paulus ex parte subiecti; ex parte autem praedicati intelliguntur [illegible] [illegible], etc. quae non exprimuntur. Explicite vero quando exprimuntur, quod [illegible] vel ex parte subiecti, vel ex parte praedicati.

9o: mediate et immediate: mediate intelligitur quando praedicatum convenit subiecto mediante aliquo; immediate autem quando non mediante aliquo, convenit praedicatum subiecto dicitur, quod immediate convenit.

10o: ut quo et ut quod; aliquando enim ut quo significat causam instrumentalem, et ut quod causam principalem. Sic homo pingit ut quod, et penicillum ut quo. Aliquando autem ut quo significat virtutem agendi, et ut quod suppositum actionis; sic homo est principium quod intelligendi, seu intellectionis, intellectus vero est principium quo; — — Interdum vero ut quo significare formam, vel aliquid se habens per modum formae, et ut quod subiectum denominatum

per formam: i.e. hoc est id, quod est album, seu est album ut quo; albedo autem est id, quo homo est albus, seu albedo est album ut quo. Ex [illegible] intelligens [illegible] distinctionem propter de denominato, et propter denominificato; nam [illegible] est subiectum, quod vero [illegible] ipsa aficiens subiectum, seu denominans illud: unde [illegible] convenit homini albo ut per se denominato, et albedini autem per se [illegible].

11. simultas potentiae, et potentia simultatis: 1a. est habere multas potentias ad plures actus, quamvis isti actus sint incompatibiles inter se, v.g. homo habet plures potentias ad sedere, et ambulare, qui quidem actus non possunt simul compati in homine. Vere vero [illegible] potentia [illegible] est, habere potentiam ad plures actus simul habendos, si homo habet potentiam ad ambulandum et videndum respectu quorum non solum est simultas potentiae, sed etiam simultas potentia, quia simul potest ambulare, et videre.

12a. obiective, et subiective: obiective dicitur omne id, quod proponit cuilibet potentiae ut ab ipsa cognoscatur, v.g. album oculis, sonus auditui, et sic de aliis potentiis materialibus ens intellectui, bonum voluntati, unde omne quod obiicit potentiae, dicitur habere esse obiective respectu talis potentiae. Subiective autem est respectu illorum, quae sunt in subiecto a quo sustentantur, v.g. cognitio in intellectu, volitio in voluntate, visio in oculo, albedo in pariete, et omne accidens in substantia.

13. adequate, et inadequate: 1um est quando aliquid accipitur secundum omnes suas partes, sic homo dicitur adequate animal rationale; 2um est quando accipitur secundum aliquam, vel aliquas partes, et non secundum omnes, sic homo dicitur inadequate animal, vel rationale. Equus dicitur albus secundum aliquas partes, et Ethiops secundum dentes tantum.

14. intensive, et extensive: [illegible] ad [illegible] per [illegible]; [illegible] vero ad [illegible] extensionem: extensio enim caloris [illegible] calor [illegible], quando calor [illegible] ad plures partes subiecti; intensio [illegible] quando in eadem parte subiecti [illegible] plures [illegible] caloris [illegible] calor [illegible], dicitur [illegible], intensive [illegible] calorem [illegible] sic enim manus [illegible] calidum [illegible] magis calida, quam totum corpus [illegible] calidum [illegible] manus calida [illegible] in parte subiecti, quando [illegible] solum in manu.

15: realiter seu 1o intencionaliter, et 2o intencionaliter: [illegible] quando [illegible] quando aliquid [illegible] in rebus, [illegible] si dicas: homo est animal; [illegible] intellectus, ut si dicas: homo est species, animal est genus.

16: reduplicative et specificative: [illegible] intelligitur [illegible] distinctio; [illegible] non [illegible] specificatione.

17: per se, et per accidens tunc dicitur aliquid per se quando [illegible] modo dicendi per se [illegible] dicitur per accidens, quando praedicatum est accidens, vel se habet per modum accidentis, ita quod non pertineat ad 1um vel ad 2um modum dicendi per se. Aliquando per se est idem, ac propter se, seu ex professo; per accidens autem idem ac propter aliud, seu ex casu: sic logica per se agit de secundis intentionibus, per accidens vero de primis, vocibus, rebus et signis.

18: essentialiter, et accidentaliter: 1o modo, convenit subiecto quod convenit illi in 1o modo dicendi per se, sine quo subiectum nec esse, nec concipi potest, sic est rationalis respectu hominis. 2o modo convenit subiecto illud, sine quo potest concipi subiectum, vel sine quo subiectum potest esse, seu existere in rerum natura. Sed advertite, quod illud, sine quo subiectum potest concipi non potest subiectum esse seu existere sine illo; et hoc vocatur accidens accidentalitate methaphisica; illud autem, sine quo subiectum potest existere, dicitur accidentalitate physica.

19: directe, et reflexe: nota pro intelligentia quod cognitio alia est directa, et alia reflexa: cognitio directa est quae directe tendit in rem cognitam; cognitio autem reflexa est cognitio cognitionis in eadem potentia, v.g. cognitio, qua cognosco lapidem est cognitio directa; et cognitio, qua cognosco cognitionem lapidis est cognitio reflexa. Et dicitur in eadem potentia, quia si sit in alia potentia, non est cognitio reflexa, sed directa.

20: de potentia Dei ordinaria, et de potentia Dei absoluta: potentia Dei ordinaria est secundum leges [illegible] stabilitas operari; potentia Dei absoluta est operari [illegible] leges: [illegible] potentia [illegible] ordinaria non potest Deus [illegible] ab ferro, quod [illegible] inposita [illegible] contentione tenet, sine [illegible] ferro [illegible] est [illegible] sed de potentia absoluta potest [illegible] (Dicit de Trahuno) [illegible] potest Deus facere [illegible] potentia [illegible] involvit [illegible] Deus potest facere [illegible] non [illegible] illius



fray Marco Mejía de la
Concepción

Tractatus in universa logica. in qua logica mag=
na Artis iuxta aquilinam mentem V. P. F.
Joannis Dunchi S. D. merito Mariani,
et Subtilis, theologorum facile Principis, et
Franciscanae familiae Dignissimi Ma=
gistri, breviter, Compendiose trac
tatur a P. F. Petro Barco a Sta=
Agnete Discalceatae Provinciae
eiusdem Ordinis Divo Didaco
Sacratae, et in hoc S. P. N. S.
Francisci Ascindensi Con=
vtu Artium Lectore.
Me audiente F.
Matheo Messa
a Concepcione
Suus Discipu=
lus
Anno Do=
mini
MDCC
LXIII

Præfatio

Persolutis dialecticis institutionibus, aut aliqualit[er] illustratis vestris mentibus utinam, explere Dilectissimi Filii! dum vestro doctrinæ iter, vos quippe, ut aiebat Divus Paulus, Filioli mei, quos iterum parturio, per sequi ut accedamus ad ardua Logicæ conceptionem, quam si scrutamini, secure estis magna cum facilitate ad alias scientias quia Logica est velut janua ad alias adquirendas, quas si desideraretis, per hanc debetis porta intrare. Dificilis quidem additur ardua, et angusta porta. Verum enim vero qui nihil aliud, quam vestrum profectum desidero, hanc difficultatem ad planandam [illegible] conabor, utinam D. O. M. [illegible] meis faveat.

Sed quia ad Logicam, et alias scientias adquirendas [illegible] [illegible] quod sit scientia in [illegible] penetrabo scientia ut sic facilius sciat quælibet scientiam particularem; ideo prius ut scientia ita sic in ipsa Logica limine disputationes in [illegible] præmiade dicentur ut [illegible] sit [illegible] alibet scientiam particularem amplius [illegible] quia [illegible] quæstiones [illegible] obus [illegible] Itaque vero nolo [illegible] ut [illegible] mihi si sit [illegible] Dei [illegible], propter quam [illegible] debetis [illegible] ut ita sitis felices participa[tione] [illegible] Logicam [illegible] infelicissimi qui a libro Sapientiæ C. 3. [illegible] plinam qui abjicit infelix est. Et si vultis scire [illegible] felicitas Logicæ audite Senecam: Logica animum format et fabricat vitam disponit [illegible] Logit [illegible] [illegible] demonstrat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Incepi [illegible] [illegible] Die Vigesimo octavo Maii anno Domini MDCCLXIII [illegible] et [illegible]

[illegible] a Fratre Petro a Banco de [illegible] [illegible] eiusdem mensis [illegible] Die Vigesimo Primo [illegible] Logice

Disputatio 1.a proemialis de Stia in Coi

questio 1.a quid sit Stia in Coi.

§ Arist. l.o Po.r. docet de qualibet re quatuor inquiri posse l.o an sit, 2.o an existat in rerum natura. 2.o quid sit, seu quidditas, seu quid ratio sit ejus specifice Constitutiva 3.o qualis sit, seu quas passiones, seu proprietates habeat. 4.o propter quid sit, seu ad quem finem ordinetur. tamen agentes de scientia ordine inquisitione incipimus, seu quid sit. quia in l.a nulla dubitatio temporibus contra sceptici licet eum antiquitus plus academicis de rebus dubitantibus docuerunt; nulla de ex scientia in rerum natura, hujus modi errore a scolis et de diriis exterminatus e.

Notandum l.o quod

Stia multipliciter sumi potest, l.o quacumque notitia vera, sive necessaria, sive contingenti, sive obscura, sive evidenti. 2.o vero sumitur pro notitia non solum vera; sed etiam Certa cum formidine rationis; quo sensu sumitur minus late, et excludit opinionem, et notitiam contingentium quamvis verarum; Convenit tamen fidei Divinae et notitiae principiorum quibus adheret firmiter intellectus 3.o Sumitur non solum vera et Certa, sed etiam evidenti, qualis e Cognitio primarum principiorum, et sic excludit fides Divinam, quae evidens non e. 4.o Sumitur pro notitia Certa et evidenti per demonstrationem adquisita, et de Stia in hoc ultimo sensu loquimur impresenti.

Notandum 2.o quod sicut dantur habitus in Voluntate qui dicuntur Volitivi et morales, dantur habitus intellectus, qui vocantur intelectuales. de quorum enumeratione philosophi. istorum habitus Cognoscendi l.a principia ut Cognitio habitualis hujus. Totum e majus sua parte 2.us Sapientia et e habitus Cognoscendi res per altissimas Causas, et habitus teologiae. 3.us dicitur opinio, et e habitus asenciendi ad unam partem cum formidine alterius partis.

4.us e prudentia et e habitus regulativus actuum umanorum in genere moris ut bene et laudabiliter fierint posint quintus dicitur ars et e habitus cum recta ratione activus seu factivus. 6.us dicitur Stia. sed quia haec e duplex una actualis et alia habitualis quarum l.a e Cognitio actualis Rei demonstrationis, 2.a vero habitus cognoscendi Rem demonstratione advertendum quod de utraque procedit inquisitio presens quae propter sit.

Dico Stia e notitia Certa et evidens rei necesarie per demonstrationem adquisita. Probatur ex Arist. dicente: accipiendo Stiam proprie ut accipit. l.o Post. requirimus quatuor Conditiones in Stia 1.a quod sit certa omnino vero desubitatione et deceptione. 2.a quod sit Cognitio necesaria 3.a quod sit per Causam evidentem in ordine. 4.a quod sit per Causam necesariam evidenter aplicatam ad rem per discursum Silogisticum.

Has quatuor definitiones Colligit D. Tho. Si citata ex Arist. l. Po. dicente: tunc scire opinamur unumquodque simpliciter et non sophistico modo quod e secundum accidens cum arbitramur cognoscere causam ... Cao. et probatur ratione Stia de ratione convenire cum habitibus intelectualibus et diferre ab omnibus illis saltem per illam particulam cum habitibus intelectualibus conveniat quia diferret per alias partes ergo.

Prova ut ma quia per illi Certa distinguitur ab opinione quae quando non e certitudo sed dubietas. Per illi evidens diferre a fide quae evidens non e sed obscura. Per illi rei necesarie distinguitur ab arte et Prudensia quia ars e circa factivilia, et circa opera et prudensia e circa agibilia in eodem principio receptiva intelligere et velle quae contingensia sunt. per illi per demonstrationem adquisita diferre habitus principiorum qui e circa principia demonstrationi, et a sapiensia quae etiam principia entium ex altissimas Causas speculatur ergo.

2. 3. D.e 24
9. l. n. 13.

Notate pro 1.a definitione dicti, quod certitudo est, adhesio firma intellectus alicui parte determinate absque formidine de opposito, si enim esse aliqua formido, non esset in actu certitudo, sed dubietas
nec esset scientia sed opinio, quae certitudo alia provenit ex objecto, quatenus ista se habet
in suo obiecto, ut neque de potentia Dei absoluta potest aliter se habere, qualis sunt veritates
primae necessariarum, et haec certitudo appellatur intrinseca metaphysica, et objectiva. Alia
dicitur extrinseca, et potest multipliciter accidere, vel quia voluntas pertinaciter imperat
intellectui, ut taliter iudicet, et non aliter quia movet per se aliquo affectu, vel apparenti
sed falsa ratione, ut contingit in haereticis, et incredulis, qui pertinaciter adhaerent erroribus suis

Potest etiam provenire ex eo, quod id quod iudicat
accepit ab aliquibus magnae auctoritatis, et hoc modo sumus certi, Romam esse, et quanto
quo majoris authoritatis viri apparent, eo firmius adhaeret intellectus, ideo quia Deus est
supremae auctoritatis, articuli fidei sunt maxime certitudinis, quia sunt testimonio
divino firmati, tandem provenit ex eo quod intellectus videat aliquid non aliter aliter posse
evenire quamvis simpliciter posit aliter fieri ut si videre accidens stare in
ferro esse in subiecto et videre igne aplicatum passo, stari judicaret cum posse
nepotentia absoluta facere. Haec dicitur certitudo phisica, sed quia sub ista potest
esse falsum, ad suam propriam dicta solum requirit certitudo metaphisica.

Pro 2.a Defini-
tione scientiae, sciendum est quod evidentia est quasi clara objecti videntia. Haec evidentia
est duplex, alia objectiva, quae se tenet ex parte objecti et est claritudo illa in objecto ma
nifestans ipsa clare intellectui, altera a parte potentiae et est claritas cognitionis intime perci
pientis ratione connexionis extremorum. Rursus utraque evidentia est duplex: alia
immediata, et independens, quae est propria primorum principiorum, quae dicuntur immedi
ata, quia apprehensis eorum terminis statim apparent intellectui: alia est mediata et depen
dens, quia non ex simplici apprehensione terminorum movet intellectum, sed propter aliud
quod est causa cognitionis illius, et haec pertinet ad res quae evidenter sciuntur pro
pter praemissas. Ad scientiam ergo stricte requiritur evidentia non solum ex parte
objecti sed etiam ex parte potentiae, non immediata, et independens, sed dependens et
mediata.

Probatur 3.a conditione, scilicet quod sit rei necessariae, ad videndum quod ne
cessitas est duplex: alia incomplexa, qua res ita in se ipsa est, ut non posit non exi
stere, et dicitur etiam necessitas simpliciter, et haec solum in Deo reperitur: alia
necessitas complexa; et ista est duplex, quia quid est et est connexio necessaria
praedicati cum subiecto, ita ut propositio, in qua illud praedicatum enuntiatur de subiecto, sit
necessario vera, et nequeat falsificari pro quocunque tempore, differe-
ntia. Ad scientiam perfectissima non requiritur tanta necessitas, quia omnia praeter
Deum contingentia existunt, sed sufficit 2.a

Pro quarta demum
conditione est notandum, quod non est de ratione scientiae ut sic, quod sit per dede
monstrationem formalem, quia hoc est imperfectionis in scientia, et in
intellectu, ut notat Doctor noster Subtilis, quaestio tertia prolo
git numero vigesimo, ideoque solum sic reperitur in creatis; sed
quod reperitur de ratione scientiae est quod cognoscat effectus, seu quasi effec
tus, et causas, seu quasi causas, et quod talis causa sit ratio
apriori sui effectus, et talis effectus sit ratio aposteriori suae
causae.

Hoc potest fieri per demonstrationem obtivam, qualis reperitur in Deo, ubi non est succesio cognitionum, quia non cognoscitur unum post aliud, sed unico, et simplicissimo actu omnia intelligit, et solum est succesio obtiva, ex parte rerum sese invicem natura aut tempore sucedentium.

Arguitur quinto: si sientia esset certa oponeretur opinioni, sed non oponitur, quia sientia, et opinio possunt esse in eodem intellectu et de eodem objecto; ergo. Probo minorem: medium probabile generat opinionem, et medium demonstrativum generat sientiam; sed eadem conclusio potest probari medio probabili et medio demonstrativo; ergo de eadem conclusione potest stare sientia et opinio. Respondetur ex Doctore Nostro Subtili, quod quando effectus sunt in aliquo incompossibiles et causae eorum simul sunt incompossibiles in causando, quia non possunt simul causare, sed fortior illarum causabit altera non causante. Cum igitur sciencia et opinio sint incompossibiles in eodem de eodem, et earum causae, scilicet medium probabile, et demonstrativum sunt incompossibiles; quare si aliquis habeat opinionem de aliquo, et superveniat demonstratio, corrumpitur opinio: si autem medium probabile, et demonstrativum sint simul, tunc probabile nichil causabit, impeditum a demonstrativo, sicque numquam stabunt sciencia et opinio in eodem de eodem.

L. 3º D. 24 q.
11 sub N.º 2.

Arguitur 2º: si sciencia esset evidens oponeretur fidei; sed non oponitur, quia possunt esse simul in eodem de eodem objecto; ergo. Probatur minor: ex Joanne 20, ubi Christus dixit Tome: quia vidisti me Tomas, credidisti; ergo habuit sciencia, et fidem de eodem. Respondetur cum Divo Gregorio, quod Divus Tomas aliud vidit et aliud credidit; vidit hominem, et credidit Deum: unde havuit sientia de umanitate Christi Domini resurgentis, et fidem, et divinitate; sicque non habuit sciencia et fidem de eodem objecto, sed de diversis.

Este blanco se quedó quando escribe [illegible]
porque dege mucho blanco

2o. Sed contra quia Divus Thomas vidit Christum resurrectum et aliquid credidit alicuius fidei, sequitur quod habuit scientiam et fidem de eodem. Confirmatur: quia Divus Joannes vidit Christum crucifixum, et tamen habuit fidem de Christi passione alias, tunc [illegible] ergo scientia et fides possunt esse simul in eodem de eodem objecto. Respondetur ad [illegible] confirmationem [illegible] quod quando apostoli viderunt Christum [illegible] non habuerunt fidem actualem, sed habuerunt habitum fidei quo praedicaverunt sine visu. Videat [illegible]

Arguitur 3o: de corporibus corruptibilibus datur scientia physica; ergo scientia non est rei necessariae. Confirmatur, quia in posterioribus demonstrat Thales eclipsim de luna quae est contingens; ergo de contingentibus datur scientia. Respondetur distinguendo antecedens: de corporibus corruptibilibus datur scientia quoad eorum essentiam et possibilitatem, concedo; quoad eorum existentiam, praecise nego. Corpora physica quoad existentiam et actualem corruptionem sunt contingentia; quoad eorum essentiam et corruptibilitatem habent connexionem necessariam, et sic de illis datur scientia. Ad confirmationem dicitur quod Thales demonstrat de luna eclipsim habitudinalem seu eclipsabilitatem quae est praedicatum necessarium; non vero eclipsim actualem, quae est contingens.

Arguitur 4o: si scientia esset ad per demonstrationem acquisita, daretur processus in infinitum, sed hoc est [illegible]: ergo. Probatur sequela: nam in demonstratione effectus cognoscitur per causam, nec causa [illegible] per aliam, et illa per aliam, et sic daretur processus in infinitum in causis et demonstrationibus: ergo. Respondetur negando sequelam, quia licet scientia sit cognitio rei per causam, nec causa [illegible] per aliam scientiam, sed cognoscitur per apprehensionem terminorum, et per habitum principiorum.

Quaestio 2a: Quodnam sit objectum adaequatum seu attributionis in qualibet scientia totali?

Pro quaestione intelligentia [illegible] quod quaelibet scientia respicit suum simile, seu objectum, [illegible] significat, ideoque non possumus habere exactam cognitionem scientiae nisi prius [illegible] cognoscamus. Hoc autem simile plura sortitur nomina. [illegible] circa quam scientia versatur connoscendo et demonstrando. Vocatur subjectum informationis seu inhaesionis, ut se habet paries respectu albedinis, sed improprie [illegible] passiones quae de ipso demonstrantur. Appellatur denique objectum, quia quasi objicitur scientiae, ut ab ipsa cognoscatur.

Nota 1o: quod objectum dividitur in complexum et incomplexum: complexum est tota conclusio demonstrationis, per quam acquiritur scientia, et de hoc non loquimur in praesenti. Objectum incomplexum est subjectum demonstrationis, de quo concluditur passio, et de hoc est sermo. Objectum incomplexum dividitur in primarium et secundarium; primarium est finis et scopus totius scientiae, in cuius gratia considerat omnia quae contemplatur; appellatur etiam objectum totale et adaequatum, quia adaequat totam scientiam. Dicitur etiam objectum attributionis

Quia omnia, quae in scientia considerantur, ei ipsi attribuuntur. Obiectum secundarium est illud, quod considerat scientia non propter se, sed propter obiectum primum, et hoc vocatur etiam partiale et inadaequatum. Noto 3o quod obiectum primarium aliud est ex primitate principalitatis, aliud primitate praedicationis et aliud ex primitate adaequationis. Obiectum ex primitate principalitatis est illa species nobilior obiecti attributionis, sicut est in metaphysica substantia, quae est nobilior species entis. Obiectum ex primitate praedicationis est illud, quod praedicatur de omnibus, quae in scientia considerantur, sicut in metaphysica ens, in arithmetica numerus, et in logica ens rationis. Obiectum ex primitate adaequationis est quod superamanet explicitum, et dicitur ex primitate adaequationis, quia ita adaequat scientiam, ut nec illa excedit, neque ab illa excedit, quia nihil considerat scientia, quod sub ipso non contineat, et nihil continet sub ipso, quod scientia non consideret; sic color dicitur obiectum visus, quia nihil est coloratum, quod non possit videri, et nihil potest videri, quod non sit coloratum. Quod autem obiectum adaequationis sint primum praedicationis per accidens est, et non necessario requisitum ad rationem obiecti totalis.

Dividitur etiam obiectum in materiale et formale. Materiale est res ipsa, quae consideratur in scientia, quae et dicitur materiale propter indifferentiam quam habet, ut a diversis scientiis consideretur, et a thomistis vocatur quod formalis quae. Obiectum formale est illa ratio formalis sub qua res consideratur a scientia, et vocatur a thomistis ratio formalis sub qua. Exemplum utriusque: homo est cognoscibilis scientiis, metaphysica, physica et medicina, sed quia a metaphysica consideratur sub ratione entis, a physica sub ratione naturalitatis, et a medicina sub ratione sanabilitatis, homo est obiectum materiale respectu harum scientiarum, quia habet indifferentiam, ut ab omnibus istis consideretur; ratio vero entis est obiectum formale metaphysicae, quia determinat hoc, ut sit obiectum metaphysicae, et similiter naturalitas est obiectum formale physicae, quia determinat hoc, ut sit obiectum formale physicae, et sanabilitas medicinae. Obiectum autem adaequatum et specificativum scientiae nec est materiale tantum, nec formale solum, sed ex utroque constitutum. Noto 4o

et dico: Resolutio quod ad obiectum adaequatum cuiuslibet scientiae 3es requiruntur conditiones necessariae: 1a quod de illo sit notum, quia est et quid est, hoc est, quod praesupponat essentiam et existentiam. 2a quod habeat passiones demonstrabiles de ipso per essentiam. 3a quod omnia alia quae in scientia considerantur, habeant ordinem attributionis ad ipsum. Requiritur quod de eo detur notum quia est, quia nulla scientia debet probare a priori existentiam sui obiecti, sed illam debet supponere, quod intelligitur, non praecise de existentia reali actuali, sed sufficit existentia obiectiva, si scientia sit de ente rationis; si vero sit scientia de ente reali, sufficit et existentia realis aptitudinalis, hoc est non repugnantia ad existendum, et sic dicitur nullum hoc esse inconveniens de illo posse dari scientiam propter existentiam aptitudinalem.

Quod de subiecto sit notum quid est, vult dicere quod in scientia debet praesupponi essentia subiecti, quod intelligitur non quod habeat essentiam, modis definibilem per genus et differentiam, alias nec Deus, nec ens realiter simplex, nec ens rationis possunt esse obiecta scientiarum; sed debet intelligi quod habeat saltem aliquem conceptum quidditativum et per se unum, sive talis conceptus sit realis, sive rationis, sive simplex, sive compositus, quia ex sua ratione requiritur ratione obiecti et illa quae potest esse medium ad demonstrandum passiones de obiecto, ideo quod sufficit conceptus quidditativus ac finalis. Ex quo colligitur quod singularia, et entia per accidens non possunt esse obiecta scientiae, si sumantur in materiali exercitio, seu quod important existentiam. Si vero sumantur in actu signato, et ut abstrahunt ab existentia, de illis potest dari scientia, quia sic induunt rationem necessariam.

Requirit quod obiectum habeat passiones de ipso demonstrabiles, quia ad scientiam acquirendam per demonstrationem essentia est essentia scientiae de obiecto, ut dicitur, et non dicitur demonstrantur, sed supponuntur, necesse erit quod habeat passiones de ipso demonstrari debeant. Requirit denique quod omnia quae in scientia considerantur, ad obiectum adaequatum tanquam ad finem reducantur, quod intelligitur non in essentia sed in ipsa cognitione. Unde non autem dicitur si obiectum sit superius essentialiter vel in ipsa, sed solum quod alia obiecta ad ipsum attributive reducantur, et quae est cognitio praecipua obiectiva huius scientiae, sit data.

[illegible]

: obiectum primum et adaequatum cuiuslibet scientiae est illud quod continet in se [illegible] primo virtualiter omnes veritates illius additas cuius est. Et probatur ratione ibidem: obiectum se habet ad scientiam, sicut causa ad effectum; sed non est causa adaequata nisi quod contineat illum virtualiter totum effectum: ergo non est obiectum adaequatum nisi contineat illam virtualiter totam scientiam. Confirmatur: obiectum illius adaequatum est illud ad quod omnia alia attribuuntur et a quo omnia dependent in cognoscendo, ut patet ex eius praecipua conditione; sed omnia alia dependent ab illo quod illam virtualiter continet: ergo. Patet minor ex D. Th. dicente: Omne illud est tale quod non dependet ab alio, sed alia ab illo; itaque illud continet ac ab aliis non dependere in continendo, sed alia ab ipso: ergo.

Probatur 2.º: per illud constituitur obiectum logicae, per quod distinguitur a non primo, quia principium constitutivum est distinctivum; sed obiectum logicae distinguitur a non primo per hoc quod contineat virtualiter omnes veritates scientiae: ergo. Probatur minor: causa distinguitur a non prima per hoc quod contineat omnes effectus: ergo. Item: distinguitur continens non primo per hoc quod continet virtualiter: ergo. Per hoc enim constituitur obiectum metaphysicae, quia continet virtualiter omnes veritates illius scientiae: ergo.

3.º Probatur [illegible] Relati [illegible]

Arguitur primo: sicut obiectum primum potentiae ad potentiam, ita debet esse primum scientiae ad scientiam; sed obiectum logicae potentiae debet esse commune ad omnia alia illius potentiae: ergo obiectum scientiae debet esse aliquid commune ad omnia alia obiecta scientiae, et non aliquid virtualiter continens alia. Respondetur [illegible] negando paritatem. Ratio est quia proportio obiecti ad potentiam est proportio motivi ad mobile, et quia obiectum quodlibet adaequatum potentiae potest movere potentiam, inde est quod obiectum adaequatum potentiae debet in se includere rationem obiectivam, et consequenter obiectum illius debet esse commune ad omnia alia [illegible].

Proportio autem obiecti ad scientiam est sicut proportio causae ad effectum, cum ideo obiectum adaequatum non sit causa totius scientiae non necesse est quod includat rationem obiectivam, nec per consequens quod obiectum illius sit commune et superius ad omnia alia obiecta. Unde aliquando obiectum illius sit commune ad omnia obiecta adaequata, ut est ens in metaphysica, in geometria, in arithmetica, in hoc non constituitur ratio obiecti, sed in ipso ineo, quod contineat virtualiter omnes veritates illius scientiae, cuius est obiectum illius.

Arguitur 2.º: [illegible] est obiectum logicae [illegible] quod continet omnia logicalia: ergo. Probatur minor: syllogismus non continet notitiam demonstrationis: ergo non continet omnia logicalia. Probatur antecedens: imperfectum non continet notitiam perfecti; sed syllogismus est imperfectus respectu demonstrationis: ergo syllogismus non continet demonstrationem. Probatur minor: superius est imperfectum respectu inferioris, et pars respectu totius; sed syllogismus est inferior et pars respectu demonstrationi: ergo. Respondetur negando minorem et antecedens probationis. Ad eius probationem distinguo minorem: syllogismus est imperfectus respectu demonstrationis in essendo, concedo; in essendo scibilis, nego. Quodlibet superius in essendo est pars, et incompletum respectu inferioris; sed illud quod continet virtualiter omnes veritates illius scientiae est perfectius in essendo scibilis, maxime quando ordo doctrinae non sequitur ordinem naturae, quia tunc ex arbitrio scientifico potest ordo condicionis ita disponi, quod imperfectius in essendo sit perfectius in essendo scibilis.

Arguit 3º Scotus in qe 3a univ[er]salium assignat tres Condisiones supra explicata ad rationem obiecti, sed non omnis ob[iec]tum 1m debeat Contineat 1o intuabilia omnes veritates scientiae: ergo obiectum 1m non constituitur per hoc quod Contineat 1o virtualiter omnes veritates illius adequatas sibi scientiae. Cuius e[st] respondet 1º quod argumentum ad autoritatem negativa non Concludit, quare non sequitur Scotus non dicit hoc ergo et ita non est. Respondet 2º quod i tres condisiones concludunt unde finitiunem obiecti supraposita. Includit 1a Condisio, quia si obiectum 1m continet 1o, itaut eius veritas alterius dependeat, necesse est quod in illa scientia demonstrent essentia, et existentia obiecti; sed aliunde praesupponantur cognitae.

Includit 2a Condisio, quia si obiectum continet virtualiter veritates illius scientiae consequens est quod contineat notitiam suarum passionum taliter quod possint demonstrari de ipso per suam essentiam. Includit denique tertia Condisio, quia si obiectum 1m continet omnes veritates scientiae consequens est quod omnes ista reducantur, et ordinent ad illud ut ad 1m continens, et ut ad finem, in cuius gratia omnes ista considerant.

Questio 3a Quanta sit Continentia virtualis obiecti

In praecedenti diximus cum D. Tho. obiectum cuiuslibet scientiae Continere 1o virtualiter omnes veritates illius. Nunc autem inquirimus, quanta sit haec Continentia, id est an haec Continentia solum Conveniat obiecto specifico an etiam obiecto generico, secundo obiecto 1o non solum respectu suarum passionum sed etiam respectu suarum inferiorum? an denique ista virtualis Continentia ultra proprias passiones et inferiora directe contenta sed extendat ad omnia alia obiecta quae in scientia Considerantur, et sub obiecto 1o directe non Continentur? Sed quia

Continentia est multiplex, et Claritate possibili prosedamus noto 1º quod Continentia alia est actualis, et alia potentialis. Continentia actualis alia est essentialis, et est, qua aliquid Continetur sua praedicata essentialia, ut homo Continet animale, et haec dicitur inclusio; alia dicitur unitiva, et est qua aliquid continet aliqua sibi realiter identificata, sic homo continet risibilitatem, et omnes alias passiones. Continentia potentialis nichil aliud est, ut cum D. Th. di[ximus] Lib. 3º universalium quam indeterminatio, et quia indeterminatio alia potest passiva, et alia potest activa, ideo Continentia potentialis alia est passiva et alia activa.

Continentia potentialis passiva est, qua aliquid habet indiferentiam ad plura recipiendum, sic materia 1a Continet materia igni et forma aquae, quas potest recipere. Continentia potentialis activa est, qua aliquid habet potentiam ad plura producendum, sic sol continet ignem, plantas, metalla et. Haec Continentia dicitur virtualis quia Continentia virtualis est illa, qua unum continet alium in esse producibili. Sed quia duplex est esse, scilicet reale et cognitum hinc est quod continentia virtualis alia est in esse reali et alia in esse cognito.

Continentia virtualis in esse reali est, qua aliquid potest producere alliud in esse reali. Quoniam autem esse reale est duplex, scilicet fisicum et metafisicum, quorum 1m est res a sua causa realiter distinctas, secundum vero est formalitas pullulans, et alia secundum alteram identificata ideo Continentia virtualis in esse realis alia est fisica et alia metafisica. Fisica est qua aliquid potest producere aliud in esse fisico. ut ignis potest producere Calorem ab ipso realiter distinctum, metafisica quamvis potest esse principium alterius, non per veram productionem, sed per emanationem metafisicam, sic homo est principium a quo pullulat risibilitas

Unde productum physicum est verae productum, et realiter distinctum a producente; productum autem metaphysicum nec est verae productum, nec realiter distinctum a producente.

Continentia virtualis in esse Cognito est, qua aliquid potest esse Causa ut aliud Cognoscatur, seu potest producere notitiam alterius. Hoc potest tripliciter evenire, scilicet, per se primo, per se non primo, et quasi per accidens. Continentia virtualis per se primo, qua aliquid per suam rationem formalem, tamquam per medium potest demonstrare suas passiones de se ipso, sic Color continet visibilitatem, sed quia per rationem formalem Coloris potest visibilitas quae est passio ejus demonstrari de ipso. Continentia virtualis per se non primo est, qua aliquid per suam rationem formalem tamquam per medium potest demonstrare per suas proprias passiones de suis inferioribus. Sic per rationem formalem Coloris, visibilitas quae est passio ipsius, potest demonstrari de albedine quae est illius inferior. Istae duae continentiae dicuntur intrinsecae et immediatae.

Continentia remota, et quasi per accidens est, qua aliquid, licet per suam rationem formalem non possit Causare notitiam alterius per se et immediate, tamen se habet ut Causa extrinseca velut motivum extrinsecum ut illud per suam propriam rationem formalem Cognoscatur. Sic Color Continet passiones albedinis, quia licet per rationem formalem Coloris non possint de albedine demonstrari, tamen Color est Causa extrinseca propter quam per rationem formalem albedinis passiones ipsius de ipsa demonstrantur. Objectum ergo respectu illorum quae continet per se primo dicitur unum specifice, seu habere unitatem specificam; respectu illorum, quae Continet per se non primo dicitur habere unitatem genericam proximam; at respectu illorum quae continet mediate et extrinsece, dicitur unum genere remote, seu habere unitatem genericam remotam.

Ex quo Colligitur quod objectum scientiae non dicitur genericum, vel specificum, quia sit sua entitate sic genus, vel species; sed dicitur tale eo modo quo respicit objecta, et veritates scientiae; et sic potest accidere, quod objectum in entitate specificum sit genericum in esse Cognito, et e Contra. Tota difficultas in praesenti est, an continentia virtualis conveniat objecto generico an solum specifico, seu quod idem est, an continentia objectiva se extendat etiam ad illa, quae per ejus rationem formalem non possunt demonstrari. Plures scotistae negant; contraria tamen est nostra.

Ratio: objectum scientiae cujuslibet continet virtualiter in esse Cognito omnes veritates illius scientiae sive proxime sive remote. Seu quod idem est, continentia virtualis objectiva extenditur etiam ad illa quae per suam rationem formalem demonstrari non possunt. Probatur primo ex D. N. S. in 1. praecedenti citato: ratio subjecti est continere in se primo virtualiter omnes veritates illius habitus [illegible]: ergo juxta D. N. S. objectum scientiae continet virtualiter omnes veritates scientiae. Nunc sic: non potest continere omnes immediate et per se, quia ejus ratio formalis non potest esse medium ad demonstrandas passiones objectorum partialium de ipsis: ergo continet illas continentia remota, seu mediata.

Respondent Scotistae, quod D. N. in illo textu objecti debet intelligi de objecto specifico respectu suarum passionum quarum notitiam Continet immediate; non vero de continentia mediata respectu aliarum passionum. Sed contra: D. N. ibidem finibit objectum [illegible]: ergo per illud per quod distinguitur a non [illegible], sed objectum [illegible] per continentiam immediatam suarum passionum non distinguitur a non [illegible], quia simili modo quodlibet objectum partiale Continet notitiam suarum passionum: ergo D. N. loquitur de objecto [illegible] non solum respectu suarum passionum, sed etiam respectu omnium, quae tractantur in ipsa Scientia.

In 3° D. 24 q. 1ª N° 3 et q. 11ª [illegible] 1ª N° 12

De 3ª q. 7ª [illegible] in fine

Probatur 2° ex D. N. S. dicente quod libet habitus intellectualis habet unitatem ex unitate sui objecti in quo habitus virtualiter continetur sicut in sua Causa partiali: sicut geometria dicitur unus habitus ex unitate lineae, in qua linea omnia illa, quae deducuntur in scientia illa virtualiter continentur mediatius vel immediatius, prout se habent ad illa. Item in eodem 3° ait: in ratione et quidditate subjecti virtualiter includitur tota ratio scientiae. Item in [illegible] loquendo de unitate scientiae ait: dicitur ille habitus unus ab unitate primi objecti virtualiter continentis omnia quae continentur in illo. Videatur etiam D. N. in [illegible] sequenti in fine, ubi ad propositum multa loquitur: ergo juxta has omnes auctoritates continentia virtualis objectiva extenditur etiam ad illa quae per suam rationem formalem non possunt demonstrari.

Probat ex eod. D.m in 3.° dicente: qualiter autem oes habitus geometrie perti
nent ad unam Stiam universalem dictam 1.am supra bum metaphisice quia ibi   D.e 36 q. 1.a R. 2.
debet intelligi unitas non realis sed virtualis, habitus omnes illi qui de 1.°
obto ex parte tam unius et virtualiter omnium que continentur in illo 1.° obto.
Sed quia Doctor loquitur in metaphisica ordinat ibi: ens. habitus inclinat
[illegible] ad comprehendendum aliqd obtum commune inclinat ad consider
andum proprie inferiorum de ipso ostensum in universalibus videlicet que sic
non sunt que probantur inferiorum per rationem communem. et ista ratio
tus minima potest erit unitas unius generis remote: ergo.

Probat 4.° obtum
Stiam continet oes veritates ad quas habitus illius inclinat seu habitus obti inclinat ad speculationes Stie
sive proxime sive remote, ergo. Probat ex D. R.o in metaphisica citato dicente: habi
tus obti 1.i inclinat ad oia complexa Stie, ad 1.° et per se ad cognoscenda de ipso
per se sed non 1.° ad cognoscenda realis per rationem ejus indirecte et extrinsece ad cogno
scenda propria inferiorum: ergo habitus obti 1.i inclinat ad oes veritates Stie
sive proxime sive remote.

Probat 5.° qd est causa ut aliud cognoscat, continet
illud virtualiter in esse cognito; sed obtum 1.m Stie est causa et causa totalis ut
ut Stia cognoscatur: ergo. Probat ex D. R. dicente, qd proportio obti 1.i ad   D.e 3.° R. 3. redagit
Stiam est sicut proportio cause ad effectum: ergo. Confirmatur qd est causa ad
terius in esse rei continet illud virtualiter vel proxime si causa proxima
vel remote si causa remota ergo qd est causa ut aliud cognoscat continet illud vir
tualiter in esse cognito sive proxime sive remote, quomodo fuerit causa cogni
tionis illius: ergo.

Arguitur 1.° ex D. R. dicente de obto 1.° et nihil aliud continet nisi
per rationem ejus ergo obtum 1.m non continet virtualiter nisi illa que per ejus rationem fieri
possunt demonstrari: ergo. Respondet explicando autoritatem: nihil aliud ex aliud
ens aliud 1.° continens concedo intelligentiam excludens aliud contentum, nego intellige
ntiam excludens aliis etc.: nihil aliud sumptum inclusive minime [illegible], concedo in causa [illegible]
nego. Verba D. R.i duplicem possunt habere sensum: 1.us est, qd obtum 1.m nullum
aliud contineat, nisi illud, qd per rationem obti 1.i potest demonstrari et hic non est mens D.is,
2.us est, qd qd nullum aliud obtum contineat, nisi per rationem obti 1.i; hoc est, nisi inquantum
virtute obti 1.i, et dependenter ab illo et hoc est verum, et ad mentem ejus, ut patet ex ipso ibi
dem dicente: 1. continere est ab aliis non dependere in continendo sed alia ab illo.

Arguitur 2.° ratio obti 1.i juxta D.m R.m est continere 1.° virtualiter; sed hoc solum convenit obto
specifico respectu illarum veritatum que per rationem ejus tale possunt demonstrari:
ergo respondet explicando D.m: 1. continere 1.° sumptum pro immediate independenter
nisi immediate concedo sumptum pro continentia 1.a et immediata excludente mediate et
remotam nego audiat expositio ipsius D.is Subtilis: expono qd dixit (1.° virtualiter)
quia sicut illud est 1.m ens qd non dependet ab alio sed alia ab illo: ita ergo 1.° continere
est ab aliis non dependere in continendo sed alia ab ipso.

Arguitur 3.° ex D. dicente: di
co qd nullum subtum continet virtualiter veritates nisi necessarias de ipso: ergo obtum 1.m Stie
continet virtualiter nisi veritates ex ipso virtualiter et per rationem ejus demonstrabiles:
ergo. Respondet explicando D.m de continentia immediata et [illegible], qd nullum
subtum continet nisi veritates necessarias non autem loquitur D. de continentia remota et
extrinseca. Et hoc modo exponentis quamlibet autoritatem D.i contrariam [illegible].

Queres: qd sit species [illegible]
[illegible] unitate, et distinctione? in qualibet habitu [illegible] duplex unitas,
alia intrinseca que competit ei [illegible] sua entitate, et alia extrinseca et
obtiva, quam habitus desumit ab suo objecto [illegible] specificat, et a quo [illegible] depen
det.

Benia para Mensal

O venerandam michi Celebris Concordia Fratrum
scilicet Antistes Noster Dignissime Prepel,
Quem pietas simul et Sapientia tanta decorat,
Pro forma michi esse tuo Sapientia sis nomine dignus
qui Francisci adq merito Celebreris in orbe
Nam pius est Sapiens tenet prudentior ultra.

Para el Definidor.

Tuqz vir insignis Noster definitor Charissimi
ac vero ex unde nimis cuius pertingere laudem
Culmina nec dicam verus nec lumina dicere
viribus ē paribus nostris res quippe dum [illegible]
est meritis mayor nostris et laudibus ortas.

Para todos

Dicebam timidus qz sacra tectoniis in arce
Jam reperdi velum missiquos voce priaria
nos tentare gradus cupierem presentia magn-
ora tenet tandico nos refe fuisse pudore.
in rubor ascendi memz nec Dicta virtus
ulla saver doctum me per tristente palestra

Para la Virgen

At tamen insistam quidnam Sapiat tibi
Cz Sapia adest prome sedens qz parens qz
Virginem faveas oro que Carnis ab alto
antea premonens Virgo tormentis sidera ubi
ut tuear nostrum efortiu dum illo presens
discutit Celebris quadam qz querit.
tibi

Aqui puse esta venia porque al bo-
tar esta oja no parese y se quedo
blanca y para que se llenara de le-
traspuse aqui aquesta Venia
Medina y Tesbecas
a 13. enel año de 1765

Hic n loquimur de unitate intrinseca, hec enim competit habitui ex sua propria ratione differentiali, sed de extrinseca, et obiectiva. Due sunt sententie. 1a est tomistarum dicentium, qd scientia sumit unitatem, et specificationem, seu distinctionem ex diversa immaterialitate, seu abstractione a materia. Q: Pro quo sic explicant, dicentes qd triplex e materia, s. materia singularis, sensibilis, et inteligibilis. Materiam singularem apelant, que reddit rem individuam et singularem, ut hoc corpus. Materiam sensibilem dicunt esse illam, que constituitur subiectum accidentibus sensibilibus, ut corpus afectum calore, frigore &. Materiam denique inteligibilem vocant aliqui substantiam, ut e sub quantitate, alii substantiam corpoream, alii quantitatem; sed quidquid sit de hoc, omnes conveniunt et abstractione ab hac triplici materia desumi distinctionem scientiarum. Unde ex hac triplici abstractione, triplex genus scientiarum desumitur: fisica que solum abstrahit a materia singulari, et agit de materia sensibili. Mathematica, que abstrahit a materia singulari et sensibili, et agit de inteligibili; et denique metafisica, que abstrahit ab omni materia. 2a sententia est nostra.

D.: specificativa, a quo quelibet scientia totalis desumit suam unitatem, et distinctionem est obiectum adequatum: ita D. Th. Dis., suares, et plures alii. Probatur ex D. Th. dicente: quelibet habitus inclinat ad proprium obiectum sub propria ratione precise sumptum, et sic stringitur a ceteris: ergo ex D. Th. scientia quelibet totalis sumit suam specificationem et distinctionem ab obiecto, et non ex abstractione a materia, ut tomiste volunt. idem habet D. in locis adductis 2a precedenti, et alibi. P.

Probatur ratione: a quo aliquid habet entitatem, ab ipso habet unitatem et distinctionem; sed scientia habet entitatem ab obiecto, quia ab obiecto et potentia paritur notitia: ergo. Jam impugnatur 1a sententia: quia illa e ratio formalis specificativa scientie, que e ratio demonstrandi passiones de obiecto; sed hec non e abstractio a materia sed obiectum: ergo. Tum quia sub eadem abstractione a materia sunt plures scientie diverse, ut musica, geometria, et alie matematice, quarum obiecta abstrahunt a materia singulari, et sensibili: ergo. Tum sequeretur, qd logica non distinguere a metafisica, quia tam una, quam alia abstrahunt ab omni materia: ergo. Tum denique, quia obiecta scientiarum non cadunt sub sensu sed omnia sunt universalia: ergo omnia sunt inteligibilia.

Arguitur contra: in tantum res e inteligibilis, in quantum e materia separabilis, ergo in tantum res e hoc vel illo modo scibilis, in quantum e tali vel tali modo, in quantum e a materia abstrahibilis: ergo. Respondetur negando antecedens, ratio e quia, ut dicunt tomiste, qd inteligibile idem e ac spirituale, qd falsum e, nam etiam materialia sunt etiam inteligibilia, immo per ipsa etiam materialia inteligimus spiritualia, et quia e ex sic etiam sicut res materialia n possunt ut spiritualia concipi quia a nobis esse contrariam ensium materialium. alia arguta, que ibi sunt afferri non parvi momenti ideo illa relinquo.

Questio 4a utrum quelibet scientia totalis sit una simplex qualitas?

Famosissima facta e presens questio inter tomistas et scotistas, et quasi et diametro pugnat inter se. tomiste namque volunt quamlibet scientiam totalem esse unam simplicem qualitatem, seu unum simplicem habitum aquisitum per unam demonstrationem qui habitus facilitet intellectum n solum circa illam demonstrationem sed etiam circa omnia alia, que in scientia totalis considerantur. Fundant in doctrina sui angelici magistri, sed an hec sit mens illius postea patebit. Scotiste cum D. Th. Di tenent, quamlibet scientiam totalem n esse unam simplicem qualitatem sed compositam ex pluribus habitibus specifice distinctis.

Ante resolutionem sciendum, qd presens questio procedit de scientia totali et habituali, nam actualem esse compositam, seu collectionem ex pluribus habitibus nullus unquam negavit. Cum ergo scientia habitualis sit habitus intellectualis generatus ex frequentatibus actibus scientificis inclinans intellectum ad sinpliciter, sed cum pronte, spediteque generandum

Deo queritur an quelibet scientia sit unus simplex habitus, qui sit sufficiens ad attingendas veritates ejus, quas in illa scientia reperiuntur, itaut in logica v.g. unus habitus sufficiat ad producendos actus circa divisionem, definitionem, et demonstrationem, per quos actus magis intendat seu augeat ipse habitus, an vero requirat unus habitus producens actus circa divisionem, alius circa definitionem &c. si 1º modo, scientia erit una simplex qualitas seu unus simplex habitus: si 2º modo scientia erit composita qualitas, seu habitus compositus. Quaeresit.

Impugnat sententiam de negativo: tunc quia unitas dicit quid positivum, ut dicitur in metaphysica; sed identitas consistit in unitate: ergo. Tunc quia in tantum aliquae formaliter dicuntur eadem, in quantum sunt unum, seu quatenus conveniunt in aliquo esse: ergo. Impugnat sententiam de relatione rationis, relatio versatur inter duo extrema, et ergo illa relatio identitatis versatur inter duo extrema realiter distincta [illegible] [illegible] [illegible] patitur cum distinctione reali; quae est opposita distinctioni. Sed compatibilis cum illa: ergo ista erit identitas opposita [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] si relatio versatur inter extrema distincta [illegible] [illegible] realis, quia ex [illegible] in 10 d. 3ª q. 2ª [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] eadem, et alibi saepe, ad relationem realem necessario requiruntur extrema realiter distincta: ergo erit relatio rationis: ergo minuit, pro entis realis, nec cum ipso ente reali identificatur: ergo.

Nec valet dicere identitatem qua identificantur formalitates ejusdem rei, quamvis formaliter sit relatio rationis, fundamentaliter tamen dicit unitatem, quae est realis et positiva importat. Nam [illegible] quia aut identitas quatenus identitas dicit praecise unitatem, aut relationem [illegible] rationis, aut utrumque simul unitatem fundamentaliter et relationem rationis formaliter. Si [illegible] habet intentum. Si 2um, contra: identitas est passio entis realis; sed ens [illegible] relatio rationis non potest convenire, et natura rei, et ideo non potest esse passio ejus: ergo. Item ens reale facit unum perfectum suam passione; sed et de proxime sit [illegible]: relatio rationis et ens reale non [illegible] unum per se faciunt: ergo. Item: passio est convertibilis cum subjecto; sed nulla relatio rationis est convertibilis cum ente reali: ergo. Item: subjectum identificat suas passiones, et ab illis dependet; sed ens reale non identificat relationem rationis, nec ab illa dependet: ergo.

Si daretur, quod tunc identitas consistit in illo quod reddit impossibili non redderet impossibilis identitas; sed si redderet impossibilis omnis relatio rationis adhuc salvaret identitas pro entis realis: ergo. Confirmatur pro sui [illegible] ad omnem relationem rationis Deus identificat realiter attributa, et ens reale suas passiones, praeter haec possunt etiam fieri instantes supra posita, et plures alia quae facile congerere possunt. Impugnat aliam opinionem de relatione: ens prius ad Deum et creaturam, identificat suas passiones; sed non relatione reali, quia in illo priori ad hunc non sunt extrema realiter distincta inter quae versetur, nec relatione rationis, quia in illo priori non concipit intellectus, qui illam causet: ergo.

Arguit 1o: ex Philosopho 5 metaph. dicentis:

Patet quod identitas unitas quaedam essentiae est, aut pluralium, aut cum pluribus utatur, ut cum dicit ipsum sibi [illegible] idem, ut duobus enim ipso utitur. Videtur intelligere quod identitas versatur inter duo extrema realiter distincta, si est identitas [illegible] [illegible] [illegible] distincta distinctione rationis si sit identitas ejusdem ad se. Id habetur [illegible] metaph. 7° illa, et in 10 d. 21ª no. 5°, et quod libet 7° no 5 et alibi saepe docet identitatem relationem esse: ergo. Respondet ad primum 1o, quod potius est pronomine quam doctrinam, aut enim, quod identitas unitas quaedam, quod est pronominis. Respondet 2o ad omnes auctoritates et alias similes, quod loquitur de identitate opposita diversitati, quae est in [illegible] [illegible] [illegible], non autem de identitate opposita distinctioni, pluralitati et multitudini, quae nihil aliud est quam unitas simplicitatis.

Arguit 2o: tunc quia et Ariles et alios [illegible] praecipitatis, identitas consistit in unitate [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] talis. Tunc quia identitas [illegible] generica [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et substantia; sed ista convenientia est formaliter relatio: ergo est ipsa identitas. [illegible] quia identitas, quae [illegible] relationis identificatur [illegible] [illegible] [illegible]: ergo. Respondet ad primum, quod intelligit unitatem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] essentiae sicut diversitas [illegible] qualitates, et non de vera identitate opposita distinctioni. Ad aliud respondet eodem modo. Ad ultimum respondet distinguendo antecedens: identitas, qua formalitates relationis [illegible] [illegible] est relatio realis, concedo; formaliter, sunt alia nego. Identitas opposita distinctioni [illegible] nec est relativa nec absoluta, sed utrumque est permissive sicut et ens, cujus est passio. Unde in relatione est identitas relativa, et in absoluto est identitas realiter absoluta.

[illegible]

Q.tio 2a, in quo Consistat formaliter distintio?

Non procedit de distintione sumpta pro diversitate seu alietate, sicut [illegible] est consistere in [illegible], ut in metaphysica dicet, sed de distintione sumpta pro pluralitate seu multitudine, de illa ergo sic accepta queritur, an consistat in aliquo positivo, an negativo, an in absoluto, an autem in relativo: nec queritur an distintio sit positiva, an negativa, absoluta, an respectiva, ratione extremorum, inter que versatur, si enim positiva distintio apelatur, que versatur inter extrema positiva, negativa que inter extrema negativa, absoluta que inter extrema absoluta, et relativa que inter extrema relativa: Q.tio igitur est de distintione de se. Ad certitudinem pro intelligentia quaestionis [illegible] nomina divisio, distintio et non identitas, se habent inter se sicut superius et inferius, seu sicut magis commune et minus commune, nam omnis divisio est distintio, et tamen [illegible] divisio [illegible] inter partes materiales quantas, quomodo dividit una pars ligni ab allia, [illegible] inter partes entitativas non quantas, quomodo dividuntur partes entitative substantia materialis; distintio [illegible] datur in rebus spiritualibus, sicut duo Angeli videlicet Michael et Raphael distinguntur et non dividuntur [illegible] et voluntas distinguntur et tamen non dividuntur. Similiter omnis distintio est non identitas [illegible] e converso, nam distintio solum datur inter extrema positiva; et non identitas datur [illegible] extremum positivum et negativum, unde inter ens et non ens [illegible] [illegible] et tenebras non datur distintio, sed non identitas, que [illegible] [illegible].

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] explicatur per negationem alterius [illegible] [illegible]. [illegible] distintionem dicere rationem aliquam positivam, et hanc [illegible] absolutam [illegible], sed relationem ipsi superadditam, ita communiter scotiste [illegible] inter distintionem et diversitatem. [illegible] distintionem [illegible] negationem identitatis inter duo extrema, ita [illegible] scotiste, hanc etiam sequuntur [illegible], [illegible] et alii Jesuite, plurimi ergo ex thomistis.

[illegible] distintio in communi est negatio identitatis inter duo extrema. Patet ex D. N. Scoto [illegible] d. 3a q. 1a [illegible] dicente: distintio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] distintio simpliciter et [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] est completiva distintionis. [illegible] distintio [illegible] q. 1a [illegible]. [illegible] ait: Distintio includit non identitatem indifferenter. [illegible] q. 7a [illegible] inquit: [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] explicat distintio per non identitatem [illegible].

[illegible] distintio [illegible] intelligi [illegible] ab allia, sed [illegible] distincta ab allia [illegible] intelligi illam distinctam ab [illegible], identitas est [illegible] [illegible]. Distintio [illegible] [illegible]. [illegible], distintio consistit in eo quod [illegible]

[illegible]

Probatur 2a sententia tum quia [illegible] sicut Deus est, cum sit supra omnem divi-
sionem nec dicit identitatem, nec distinctionem, quia ut ait Avicena: equini-
tas est tantum equinitas, nec una nec plures. Tum quia essentia est prius
distinctione, nam est principium et radix, a qua distinctio originatur. Tum quia distinctio
est posterior essentia, prius enim est, quod res sint constitute, quam quod sit distinctae. Tum
quia quaelibet res includit formaliter suam essentiam, et tamen non potest sine illa
esse, nec aliter concipi; sed quaelibet res potest concipi intuitive, qui concipi-
atur ut distincta: ergo. Tum quia quaelibet res definitur per suam essentiam; sed non
definitur per distinctionem: ergo. Tum quia propria constituunt et non distinguunt: distin-
ctio distinguit, et non constituit. Tum quia distinctio est opposita identitati, et indi-
visio a illius, non autem [illegible]; ergo distinctio non est essentia cuiuslibet rei.

Proba-
tur 2a sententia: prius non constituitur per aliquas rationes, sed distinctio est prior iden-
titate: ergo non consistit in illa. Probatur minor: fundamentum est prius quam fundatum;
sed distinctio est fundamentum identitatis: [illegible] minor [illegible]
[illegible], sed pluralitatem [illegible] omnis. Sed [illegible]
est a distinctione: ergo. [illegible]
[illegible]. Sic quod stante identitate nullo modo potest concipi distinctio, et stante
distinctione nullo modo potest concipi identitas [illegible] distinctio
sed conceptus negationis identitatis, ad [illegible] totaliter identitas et
concipitur distinctio: ergo. Tum, si distinctio in communi esset relatio, distinctio quaelibet
esset relatio; sed distinctio formalis non est relatio: ergo. Probatur minor, quia non est relatio ra-
tionis, nam est distinctio ex natura rei. Sed nec est relatio realis, ista enim requirit extrema
realiter distincta, ut docet D. Thesis; ergo. Nec valet dicere, quod est relatio realis transcen-
dentalis, non autem relatio praedicamentalis: nam relatio transcendentalis [illegible]
distinguitur a praedicamentali in eo quod prima identificatur realiter cum fundamen-
to, [illegible] realiter distinguitur ab illo; sed utraque requirit extrema realiter
distincta, ut dicit alibi: ergo.

Arguitur 1o: iuxta 2am sententiam non sequitur, A et V sunt
idem formaliter: ergo sunt formaliter distincta: ergo ex negatione identitatis non bene infertur distinctio
et [illegible] in negatione identitatis. Ad rem respondeo notando quod negatio po-
test dupliciter cadere in propositione, et supra copulam, et supra praedicatum. Quando
cadit supra copulam facit propositionem negativam, ut in hac, A et V non sunt idem, in qua
negatur de A et V esse idem, nihil de illis affirmando, et tamen bene infertur: ergo
A et V sunt distincta. Tunc quia in rigore non licet inferre affirmationem
ex negativa. Tum etiam, quia debet supponi subiectum ut de illo aliquid
recte inferatur. Quando autem negatio cadit supra praedicatum relinquit
propositionem affirmativam, et tunc licet inferre, quare valet: est idem realiter,
et formaliter: ergo est distinctum realiter, et formaliter. Hac doctrina bene intellecta,
respondetur concedendo antecedens, et negando consequentiam quia ex negatione
formalitatis A et V non bene infertur distinctio, interdum infertur. Quod interdum
ex negatione identitatis [illegible]: respondeo quod non oportet
sequi, quia formalitas in antecedente negatur, et in consequente affir-
matur. Arguitur 2o: negatio identitatis convenit enti et non enti; sed distinctio solum
convenit enti: ergo distinctio non est negatio identitatis. Ad hoc [illegible]
[illegible] nihil est [illegible]
[illegible] identitas [illegible]
identitas. [illegible] negatio [illegible]
[illegible] in principio, quod non identitas [illegible]
quam distinctio. Quare potest convenire non enti non identitas, quin distinctio illi co-
nveniat. Praeterea quia quod, quomodo enti et non enti convenit non identitas, convenit illis
distinctio negativa.

Arguitur: ubicumque stat una pars alicuius stat etiam illud cuius est ratio
formalis. Sed in [illegible] non stat non identitas et non stat distinctio, ergo
negatio identitatis non est ratio formalis constitutiva distinctionis. Respon-
deo [illegible] distinguendo maiorem: [illegible] et non ens, stat [illegible] negatio iden-
titatis [illegible] constitutiva distinctionis, concedo; negatio
identitatis [illegible] distinctio, nego; negatio
aliena [illegible] et alia [illegible] dicitur de ente et non ente, et in
illa non stat ratio formalis distinctionis, quia requirit extrema [illegible]
tit formalis distinctio. [illegible] dicens: negatio [illegible]
absolute nihil requirit, quia aequaliter dicitur de ente et non ente.
Negatio autem [illegible] requirit subiectum, de quo dicatur, tale subiectum
quod importat diversitatem (idest distinctionem) [illegible]
[illegible] identitate [illegible].

Vide lo de ja negação no 44

D. c 23 q. [illegible] no 7

Arguit 3o: multitudo non consistit in negatione identitatis; sed distinctio est ipsa multitudo, quia opponitur identitati, quae in unitate consistit: ergo. Probatur minor: Si multitudo diceret negationem, unum et multa opponerentur contradictorie; sed hoc non, nam solum opponuntur contrarie: ergo. Probatur minor ex communi textu Doctoris ubi loquens plus de oppositione inter unum et multa in quit: contraria exeunt profecto et negatur contradictio: ergo. Respondetur negando minorem. Ad approbationem negatur minor. Philosophus enim intelligit de multitudine intra ... (?), non vero de illa formaliter sumpta. Distinctio enim est multitudo quae opposita unitati simplicitatis, quae est identitas, sed multitudo potest dupliciter sumi: materialiter, et formaliter: materialiter sumpta dicit illas positivas entitates, quae dicuntur plures, et in hoc sensu unum et multa opponuntur contrarie, non quidem ea contrarietate proprie dicta, qua duo extrema ab eodem subiecto mutuo se expellunt, sed sumpta contrarietate pro repugnantia inter extrema positiva. Verum si multitudo formaliter sumatur, dicit negationem identitatis contradictorie opposita identitati, seu unitati opponitur.

Arguit 4o: aliquod ens cui convenit identitas cui non convenit distinctio: ergo ista non consistit in negatione identitatis. Patet antecedens, quia humanitas in eo signo abstractionis non est distincta a lapide, sed est nec eadem lapidi: ergo. Respondetur negando antecedens. Ad probationem negatur minor, quia humanitas sic abstracta nec est eadem lapidi nec non eadem, et solum conveniunt ei in illo signo praedicata quidditativa, quae conveniunt in eo modo dicendi per se primo; identitas autem et distinctio non conveniunt ei in eo modo dicendi per se, sed in alio modo, consequenter in ta[li] signo nec convenit humanitati identitas nec distinctio, quia ut ait Avicenna, equinitas est tantum equinitas nec una nec plures.

Arguit 5o: nulla perfectio entis positivi potest consistere in negatione; sed distinctio est perfectio entis positivi, nam distinctio non est mera negatio. Confirmatur 1o: nulla negatio potest identificari cum ente positivo; sed perfectio identificatur cum subiecto: ergo distinctio quae est perfectio entis, non est negatio. Confirmatur 2o: ens est univocum in suis partibus, ut dicit alibi; sed non est univocum enti positivo et negativo: ergo distinctio non consistit in negatione. Respondetur negando maiorem, nam licet sit quid positivum, et speculativum quid perfectionis, est negatio, ut dictum est alibi. Si autem oporteat concedere maiorem, negatur minor, quia distinctio non est perfectio entis, sed negatio perfectionis illius. Ad 1am confirmationem negatur maior, nam speculativum identificatur cum sua negatione communicationis a[p]titudinalis alteri supposito identificatur cum natura, cui convenit, ut patet ex Doctore in Quodlibeto 19 et alibi, etiam quia in divinis innascibilitas, quae est negatio, est proprietas Patris cum ipso realiter identificata, ex ipso Doctore in textu. Ad 2am confirmationem distinguo, non est univocum enti positivo et negativo simpliciter, concedo; enti positivo et negativo secundum quid, nego. Ens negativum simpliciter est negatio totius entis, et huiusmodi negationi non est ens univocum, ens negativum secundum quid est negatio alicuius formalitatis tantum, sicut distinctio, quae non est negatio entitatis, sed solum est negatio identitatis, et huiusmodi negationi potest ens esse univocum.

Arguit 6o: rei distinctae simpliciter repugnat esse eadem; sed non repugnat ei per solam negationem: ergo distinctio non consistit in negatione. Probatur minor ex Doctore in Quodlibeto dicente: nihil simpliciter repugnat alicui per solam negationem, quod etiam repetit in Quodlibeto 4 n. 7 et alibi: ergo. Respondetur distinguendo minorem: non repugnat ei fundamentaliter per solam negationem, concedo; formaliter, nego. Distinctio fundamentaliter sumpta dicit illas plures entitates rerum, quae dicuntur plures, seu distinctae, formaliter autem dicit negationem identitatis inter illas. Unde rei distinctis repugnat formaliter esse eadem per negationem identitatis; at fundamentaliter cuilibet repugnat esse idem cum alia per unitatem, nam communitas ... ita et reddit illud in se indivisum, reddendo rem secundum se ... et intra propriam mensuram claudendo, facit consequenter ut non communicari possit communicari cum esse alterius rei eo quod cum esse alterius communicare non possit et repugnat ei talis communicatio, aliter fundamentaliter, quam repugnantia per existentem negationem identitatis secuta ad illas unitates.

Arguit 7o: ideo distinctio consistere in negatione, quia opponitur identitati, quae est quid positivum; sed non opponitur ei: ergo. Probatur minor ex Doctore in ... dicente: cui deest convenit unum oppositorum, eidem repugnat aliud oppositum; sed enti cui convenit identitas convenit distinctio: ergo distinctio non opponitur identitati: ergo. Confirmatur ex Doctore dicente: cui convenit unum oppositorum per se, ei aliud oppositum nec per se nec per accidens convenit; sed ei cui convenit identitas convenit etiam distinctio: ergo.

D. 2. q. 2

D. 3 q. 2 no 2

D. 3 q. 4 no 1

Ante responsionem advertitur quod hoc argumentum sicut et praecedens potest retorqueri in adversarios, nam ipsi dicunt, unitatem, quam nos appellamus identitatem, esse positivam, et multitudinem, quam vocamus distinctionem, consistere in negatione illius; quod ipsi respondeant de unitate et multitudine, respondebimus et nos de identitate et distinctione.

Ad argumentum ergo posset respondere, quod distinctio, seu negatio identitatis non convenit enti, sed entibus, nam est eadem negatio, quae dicitur multitudo pro formali, quae necessario requirit et supponit plures entitates. Unde si conspiciatur ens ut sic, cum sit res particularis non conspicitur distinctio, sicut nec multitudo. Et si per impossibile solus Deus existeret, et alia entia repugnarent, Deus esset unus et idem in se et multitudo seu distinctio ab alio ente repugnaret. Potest respondere [illegible] melius negando maiorem, et distinguendo minorem probationis: enti cui convenit identitas convenit distinctio opposita identitati plurium in se, concedo; convenit distinctio opposita identitati unius in se, nego. Identitas alia est unius in se, ut identitas numeralis qua Petrus est in se unus numero; alia est identitas plurium in se, ut illa qua Petrus et Paulus essent unum numero, si non essent numerice distincti: distinctio quae non opponitur identitati unius in se, sed identitati plurium in se, quare distinctio qua Petrus distinguitur a Paulo, non excludit identitatem, qua Petrus habet in se, sed quam haberet cum Paulo, si ab illo non distingueretur. Et per hoc patet ad confirmationem.

Contra: ergo distinctio consistet in negatione chimerica. Patet quia identitas qua plura distincta identificarentur est chimerica et impossibilis: ergo si distinctio consistit in negatione identitatis, quae plura distincta identificaret, distinctio consistit in negatione chimerae. Respondetur negando consequentiam. Ad probationem distinguo antecedens identitas qua plura distincta identificarent, est chimerica et impossibilis in illis rebus distinctis, concedo; est chimerica et impossibilis absolute, nego. Identitas qua res distinctae identificarent, repugnat in illis rebus distinctis, sed non repugnat absolute nam invenitur in qualibet re, ut patet, quia identitas qua Petrus et Paulus essent idem, si non distinguerentur numero est numeralis, utique repugnat in Petro et Paulo, sed non repugnat in quolibet illorum.

Arguitur 3o: illud cuius totum esse est ad aliud est relatio: sed talis est distinctio: ergo est relatio. Probatur minor: distinctio versatur inter duo extrema: ergo, confirmatur quia ideo diversitas est relatio, et totum suum esse est ad aliud, quia versatur inter duo extrema: ergo. Respondetur negando minorem, et distinguendo antecedens probationis versatur inter duo extrema unum ab alio excludendo, concedo; unum ad aliud referendo, nego. Similiter distinguitur antecedens confirmationis: quia versatur inter duo extrema unum ad aliud referendo, concedo, aliter nego. Relatio versatur inter duo extrema, unum cum alio jungendo vel unum ad aliud referendo: at negatio versatur inter extrema unum de alio negando, vel unum ab alio excludendo. Contra: diversitas dicit exclusionem unius ab alio: ergo relatio: ergo. Respondetur distinguendo antecedens: dicit praesuppositive, concedo; dicit formaliter, nego. Diversitas non excludit unum ab alio, sed supponit distinctionem, per quam unum ab alio excludit, quare ipsa supponit exclusionem, et solum dicit explicationem extrema unum ad aliud referendo.

Arguitur 3o: ex [illegible], quod aliqua res in ratione constituta in se esse [illegible] intelligitur distincta ab alia [illegible] ipsa identitas rei. Patet antecedens, quia principium constitutivum [illegible] distinctivum: ergo. Respondetur distinguendo antecedens intelligitur distincta ab alia radicaliter, concedo; formaliter nego. Ad probationem distinguo antecedens principium constitutivum est distinctivum radicaliter, concedo; formaliter nego. Entitas constitutiva cuiuslibet rei formaliter constituit, distinctum radicaliter, quia est radix a qua originatur unitas, ad quam sequitur negatio identitatis cum alio quae formaliter distinguit. Sic ergo exponit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] definitionem principium constitutivum esse distinctivum. [illegible] sint principia distinctionis, per relationem [illegible] distinctionis sunt per diversitatem.

Inquires quotuplex sit distinctio? Respondetur distinctio est triplex, scilicet realis, [illegible], realis formalis, et rationis. Quare distinctio in propria in [illegible]. Distinctio [illegible] (omissis aliis divisionibus, quae pro nunc [illegible] claritate et [illegible]) subdividitur in distinctionem realem entitativam, et in distinctionem realem formalem. Distinctio realis entitativa datur inter [illegible] entitates haventes diversas existentias. Distinctio realis formalis datur inter illa quorum unum [illegible] excludit aliud a sua ratione formali, sed a[illegible] in [illegible], quia non includit illud in sua ratione formali. Distinctio rationis, est seu causata ab intellectu alia est rationis ratiocinantis, et est illa, quae non havet fundamentum in re ut si intellectus conspiciat petrum ut distinctum a se ipso a quo distinctio fingitur nullum fundamentum in re havet. Alia rationis ratiocinatae, et est illa, quae habet fundamentum in re ipsa. Haec etiam distinctio [illegible] [illegible] virtualis, quatenus res intellectui obtata ob suam eminentiam, et quandam eliminationem praestat in [illegible] et fundamentum, ut [illegible] distinguat plures perfectiones per plures conceptus inadaequatos.

Qtio 3a quenam sit distinctio Realis entitativa?

Pro cuius intelligentia nota, quod sub entibus realibus ut sic continentur non solum illa quae habent propriam essentiam et existentiam integram, ut homo, lapis &; sed etiam realitates, seu formalitates, quae solum habent existentiam in obliquo et per identitatem: quae primo modo existunt dicuntur res; quae solum posteriori modo vocantur formalitates. Res ergo ut distinguitur formalitate, seu formalitate, est illa quae habet propriam existentiam realem vel saltem subsistentiam. Sic sunt increatae, et creatae physicae entitates, sive completae, sive incompletae, substantiales vel accidentales, absolutae vel relativae, et etiam modales. Sic etiam tres personae divinae, quae habent proprias subsistentias. Realitas est aliquid rei non per modum partis physicae, et habens esse per simplicem emanationem et formam, sive per identitatem in aliquo subiecto habens esse per simplicem emanationem; et formam, sive per identitatem in aliquo subiecto, capax concipi conceptu perfecto et adaequato distincto a conceptu physico metaphysicae. Huiusmodi sunt alitas et rationalitas in homine quae concipit aliam realitatem eiusdem rei. Et ostendatur quod non importat quaelibet istarum vocantur realitates, quod est diminutivum rei, ut ostendatur quod non importat quaelibet illarum totam rem, sed aliquid rei. Appellantur etiam formalitates, quia non dicunt totam formam seu essentiam rei sed tantum aliquem tantum formam seu aliquem gradum eius in toto illo modo dicendi per se. His suppositis sit.

Rio: distinctio realis entitativa est illa quae datur inter rem et rem. Quod debet intelligi accipiendo rem non prout distinguitur a modo extrinseco [illegible] entitas, aut quidditas rei, sed quaedam eius circumstantia et [illegible] extrinseca, ut se habet sessio respectu sedentis, et figura respectu quantitatis; loquimur ergo de re iuxta explicationem huius vocabuli supra datam, quo sensu etiam modus extrinsecus comprehenditur nomine rei habet enim propriam existentiam distinctam ab existentia rei, quam modificat. Haec ratio quia satis clara non est probatione, nec maiori explicatione.

Hoc non obstante dices contra: Xm: tres personae divinae realiter distinguuntur et tamen non habent plures, sed unicam existentiam Deitatis: ergo ad distinctionem realem non requiritur pluralitas existentiarum. Item: quaelibet formalitas habet existentiam formaliter distinctam ab alia eiusdem rei: sed formalitates eiusdem rei non distinguuntur realiter: ergo. Respondetur ad 1um quod ut aliqua dicantur res, et ut realiter distinguantur sufficit pluralitas subsistentiarum, ut diximus explicando rem. Unde ratione distinctae subsistentiae quaelibet persona divina distinguitur realiter ab alia. Vel si teneant sententiam probabilem aliquorum scotistarum, tres personas divinas nedum tres subsistentias sed etiam tres existentias relativas habere negetur antecedens ad 2um. Ad aliud negatur maior, unica enim datur existentia in qualibet re, ratione cuius omnes formalitates illius rei existunt. Si autem teneatur cum aliquibus scotistis quod cuilibet formalitati correspondet propria formalis existentia, dicatur quod res inter quas datur distinctio realis sunt solum quae habent existentias completas singulares.

Quaeres: quaenam sint signa distinctionis realis simpliciter? Dico, quod signa illativa distinctionis realis simpliciter sunt separatio actualis, potentialis, et proportionalis. Ita Doctor Subtilis, ubi ait: accipio ergo, quod nichil potest concludi esse distinctum (realiter) ab alio, nisi vel propter separationem actualem, vel potentialem, vel proportionalem, ad aliquid aliud, quorum alterum est ab altero separabile. Et quidem separatio actualis arguere distinctionem realem nullus est qui dubitet. Unde quamvis duo relativa unum non possit existere sine alio ut patet in patre et filio, tamen quia sunt separata recte infertur inter illa distinctio realis. De separatione potentiali patet, tunc ex philosophico topico a contrario sic dicente: si potest unum sine altero esse non erit idem. Tunc ratione quia nichil potest esse separabile aut divisibile a se ipso, quia identitas est unitas simplicitatis: ergo si unum potest ab alio dividi, aut separari, non est idem realiter cum illo. Hinc colliges, quod separabilitas arguitiva distinctionis realis simpliciter non debet esse mutua sed sufficit ex parte unius extremi. Unde licet et modus extrinsecus habeat ita minime entitatem, quod non possit existere sine ea, sufficit tamen ut res queat ab illo separari, et sine illo existere ut realiter mutuo distinguantur.

Separabilitas proportionalis, quae etiam arguit distinctionem realem, versatur inter ea quae quamvis sint inseparabilia, tamen haec inseparabilitas vel provenit ab extrinseco, ut in motu caeli, sine quo iuxta aliquos caelum non potest esse, non quidem ex ratione intrinseca in caelo, quia indifferens est ad motum et quietem, sed ex causa extrinseca, ut separatum movente; vel si provenit ab intrinseco, tamen extrema separabilia se habent ut producens et productum, seu ut causa et causatum, vel habent rationes disparatas incompossibiles in eodem. Haec enim sufficiunt, ut de his verificentur talia contradictoria qualia verificantur de separatis vel separabilibus. Dices: si spiritus sanctus non procederet a filio adhuc distingueretur realiter ab illo, ut tenet Doctor Subtilis, sed tunc nec esset separatus, nec separabilis nec se haberet ad modum separabilium: ergo. Respondetur negando minorem quod ad 3am partem, quia in tali casu filius et spiritus sanctus constituerentur per rationes disparatas, nam productio illius unius esset per intellectum, alterius vero per voluntatem, unde verificarentur de illis contradictoria, quae tam nata sunt verificari de actu separatis, aut separabilibus.

Q.tio 4 quarta: Sit distinctio realis entitativa, quae inter extrema realiter distincta ex natura rei datur, distinctio formalis actualis?

Hanc opinionem apud nullum scotistarum invenientis, licet omnes suponant distinctionem formalem
consistere in negatione identitatis formalis. forte ab aliquibus ex dictis predicta fuit ab
scotismo ab extrahere imo dectato iste hujus opinionis, ut aliquando audivi. Sed nec
videtur omnino absurda, proponere istam, quae necessario habui ante resolutionem aliquanto
latius digna cum claritate possibili explicare, ut et hic, et exprobationibus hujus
rei libentius intelligatis famosissimam distinctionem formalem scoticam appelatam: quapropter
posita Noto 1º quod sicut distinctio in communi est negatio
identitatis in communi, ita ut formaliter negatio identitatis necessario ponat distinctionem illi co-
rrespondens: sic distinctio formalis ex natura rei consistit in negatione identitatis formalis
(antiquae) taliter quod negatione formali nil aliud desiderat quam negatio identitatis formalis,
negatio identitatis formalis nil aliud est, quam quod ratio formalis unius non sit ratio formalis
alterius. Ista negatio identitatis formalis non solum inter extrema realiter identi-
ficata (ut) inter aspectus reale, quorum unus non est formaliter alterius, sed aliquando etiam
invenitur inter extrema realiter simpliciter distincta, ut inter rationalitatem
et irrationalitatem, quarum una non est formaliter altera: ex quo colligitur quod distinctio
formalis ex natura rei esse non petit praecise extrema realiter identificata,
nec realiter distincta, sed indifferens est ad utrumque; unde si negatio identi-
tatis formalis est inter extrema realiter identificata, illa distinctio formalis erit
realis secundum quid; si vero inter extrema realiter distincta erit realis simpli-
citer. Patet ex eo quod distinctio formalis ex natura rei esse tantum dicit negationem identita-
tis formalis, seu exclusionem formalem unius rationis formalis a ratione formali alterius,
quod autem ista distinctio sit formalis simpliciter et realis secundum quid illi accidit,
sicut accidit animali esse rationale et irrationale.
Noto 2º, quod licet identitas
formalis communiter sumatur a D. N. Scoto pro inclusione formali, tamen aliquando ac-
cipitur pro unitate rationis formalis, ut patet ex ipso in reportatarum dicente: illa sunt
identitas quidditativa, ita quod si definiretur unum eadem esset definitio utriusque,
unde illa quae habent eadem ratione formali, seu sunt idem in
ratione formali sunt idem formaliter, seu habent identitatem formalem; nam sicut identitas
in communi opposita distinctioni est unitas, ut diximus, agentes de illius constitutivo, ita
identitas formalis est unitas formalis, seu unitas formalis. Identitas ista formalis si
vero sumatur pro inclusione formali, sive pro unitate rationis formalis, non solum inveni-
ri potest inter realiter identificatis, sed etiam in extremis realiter distinctis. De iden-
titate formali sumpta pro inclusione patet ex ipso D. N. si dicente: hoc est idem alicui
formaliter, quia in sua ratione includit eam: ubi dici debet de quolibet cor-
pore per se physico, quod identificat formaliter cum suis partibus physicis, a quibus
vero etiam realiter distinguitur: de identitate formali sumpta pro unitate rationis formalis
constat etiam, nam duae humanitates habent unitatem rationis formalis, quo sensu dicunt
scotistae, omnes humanitates esse unam humanitatem formalem, licet illae inter
se realiter entitative distinguantur. Ex quo colliges, quod identitas formalis abs-
praescindit ab hoc, quod sit inter extrema realiter distincta vel realiter identificata,
sed permissive et indifferenter se habet ad utrumque.
Noto 3º, quod identitas et dis-
tinctio essentialis solet dupliciter accipi: uno modo dicuntur eadem essen-
tialiter quae habent eandem essentiam, seu naturam, ut duae albedines; e contra illa
dicuntur essentialiter distincta quae habent diversas essentias, seu naturas, ut albe-
do et nigredo. alio modo aliqua dicuntur essentialiter eadem alteri, quae sunt
de illius essentia, quo sensu dicit D. N. Scotus: intellectualitas est idem essentialiter
essentiae divinae, sic intelligendo, quod si ipsa essentia divina definiretur ita in-
tellectualis, sive intellectualitas non esset extra ejus definitionem; e contrario vero illa
dicuntur hoc modo essentialiter distincta ab aliquo, quae non sunt de essentia illius.
Noto 4º, quod D. N. Scotus non fuit inventor dis-
tinctionis formalis, nam ante Doctorem Subtilem nullus negabit, albedinem et nigredinem
distingui in ratione formali, seu rationem formalem albedinis non esse rationem formalem ni-
gredinis. Sed D. N. Scotus ad invenit formalem etiam inter formalitates quae de-
ben reperiri, quia identitas realis, est tantum ratio identificandi realiter, non
vero ratio identificandi formaliter, seu faciendi, quod ratio unius formalitatis in-
cludat aliam in sua ratione formali, quare quod D. N. agnovit, fuit formalem
compatibilem esse cum identitate reali, et quod per identitatem realem non tollitur
inter illa, quae sic identificantur, distinctio formalis. Sicut si per impossibile
albedo et nigredo identificarentur realiter, essent realiter quid unum, adhuc tamen
ratio formalis albedinis non esset formaliter ratio formalis nigredinis, albedo enim esset
ratio formalis de albandi, ratio autem nigredinis non esset formaliter ratio de albandi.
unde sequitur, quod distinctio formalis inter formalitates ejusdem rei distinctio
[illegible] patet igitur, quod semper quod dicitur distinctio scotica, distinctio
media, distinctio secundum quid et hujusmodi intelligitur distinctio formalis non in
utrumque, sed inter extrema realiter identificata. His suppositis sit nostra

(margin) Antiquae

(margin) D. 4 a. 2. 6 a no 8

(margin) In reportatarum D. 33 q. 3 no 3

(margin) Quodlibeto 1o no 10

ro: inter extrema realiter distincta quorum ratio formalis unius non est ratio formalis alterius, datur distinctio formalis a natura rei. Colligit ex D. Subtili pluribus in locis, imprimis ex quaestione Scoti [illegible] physicorum [illegible] ex D. Subtili, inde [illegible], ubi docet in albedine realitatem coloris, et realitatem differentialem constitutivam albedinis, inter se formaliter ex natura rei distinguuntur his verbis: ista differentia manifestatur per exemplum. Si ponatur albedo species simplex, non habens in se duas naturas, et tamen in albedine aliquid reale, unde habet rationem coloris, et aliquid unde habet rationem differentiae, et haec realitas formaliter non est illa realitas, nec e converso formaliter: immo una est extranea a realitate alterius formaliter loquendo, sicut si essent duae res, licet modo per identitatem istae duae realitates sint una res. Tunc sic: si realitas coloris, et realitas differentiae constitutivae albedinis essent duae res, distinguerentur realiter simpliciter: ergo modo distinguuntur formaliter, sicut si distinguerentur realiter simpliciter: supponit igitur Subtilis [illegible] si illae duae realitates distinguerentur realiter, adhuc essent distinctae formaliter ex natura rei: ergo. — 9e 7a q. no 45

Probatur 2o ex eodem De [illegible] d. 26 dicente quaecumque habent aliquam distinctionem realem, si essent realiter separata, illam distinctionem realem habent per rationes (intellige formales) ubi non sunt distincta realiter; sed ens et unum si essent separata, essent distincta per quiditativas rationes: ergo etiam nunc habent hanc distinctionem, et quidditativas rationes. Ex Subtilis Magister expresse docet quod distinctio formalis realis: immo etiam si non essent separata, essent distincta distinctione formalis realis; immo et hoc concludit quod etiam nunc habent illam distinctionem formalem, qua sit realiter identificata. — 9e 2a no 18

Probatur 3o [illegible] ubi [illegible] non sunt per se formaliter quidditatione, nec [illegible], nec [illegible] essentia, [illegible]: nec tamen sunt idem [illegible] sed [illegible] identitate [illegible] haberet talem distinctionem rationes formales qualem haberent, si essent res aliae realiter distinctae. Ex D. Subtili docet quod [illegible] talem distinctionem nunc habere qualem haberent si essent res aliae realiter distinctae, sed nunc habent distinctionem formalem ex natura rei: ergo si essent res realiter distinctae, haberent distinctionem formalem ex natura rei. Firmatur ex eodem ibidem, ubi de actibus [illegible] ait: [illegible] distinctio realis formalis, sed actus distinguuntur realiter simpliciter: ergo. — In eadem q. 2. no 30. no 17

Probatur 4o ex eodem in 1o d. [illegible] dicente: [illegible] quantumcumque [illegible] per impossibile separarent, si in separatis aliquid componeret [illegible] non [illegible] formalis rationis [illegible] illud [illegible] nunc dicere ergo si per impossibile [illegible] separarent [illegible] principium [illegible] si et realiter non est principium [illegible] aliquam distinctionem formalem realis ex natura rei: [illegible] tunc [illegible] essent realiter simpliciter distincta, [illegible] natura: ergo.

Probatur 5o ex eodem d. [illegible] in illo distinctione [illegible] in eadem [illegible] perfectiones intellectivae et sensitivae, quae ita sunt distinctae formaliter sicut si essent distinctae, sed si essent, distinguerentur realiter simpliciter: ergo nunc ita sunt distinctae formaliter, sicut si distinguerentur realiter simpliciter. Confirmatur, quia si in hoc essent tres animae aliter distinctae, scilicet vegetativa, sensitiva, et rationalis, sensitiva non includeret [illegible] formaliter intellectivam, nec haberet eandem rationem formalem: sed [illegible] opinione Communi [illegible] anima sensitiva continente vegetativam, et sensitivam, adhuc perfectio sensitiva non includit formaliter perfectionem intellectivam: ergo [illegible] tenendo istam opinionem Communem in eadem anima sunt distinctae ex natura rei perfectiones intellectivae et sensitivae, sicut si essent res realiter distinctae: ergo. — 9e 5 no 5

Probatur 6o ex eodem [illegible] dicente: dico: quaecumque formaliter distinguuntur in creatis ubi realiter distinguuntur, et realiter referuntur, ista ubi distinguuntur in essentia [illegible] et non referuntur realiter, sed in nobis intellectio et obiectum intelligibile formaliter referuntur, realiter distinguuntur, sed in Deo manet intellectus formaliter et obiectum formaliter, et intelligere, et non referuntur realiter, sequitur &c. Ex Subtilis Magister supponit in [illegible] aliqua distingui in essentia formaliter ubi realiter distinguuntur, et realiter referuntur: et in [illegible] affirmat, quod in nobis intelligere et obiectum intelligibile formaliter simul et realiter distinguuntur: ergo. — D. 36 9e 7 no 13

Probatur 7o ex eodem in 1o distinctione 2a, ubi tenet, personas divinas formaliter distingui; sed sunt distinctae realiter, et Catholice confitemur: ergo [illegible] distinctione formali in acceptione impropria [illegible] D. Subtilis [illegible] distinctionem formalem concedi in personis ac inter essentiam divinam et relationes: iste distinguuntur distinctione formali proprie accepta: ergo. Illi probatur ex litera, nam ut Subtilis hoc arguit: quae eadem uni tertio sunt eadem inter se, sed personae divinae sunt idem essentiae divinae: ergo. Sic [illegible] accipit in minori quod quidquid est in persona divina est idem illi essentiae, non est verum intelligendo de identitate formali, et ideo non potest concedi formales identitas extremorum inter se, quandoque autem stat distinctio relationis formalis suppositi, stat distinctio formalis suppositorum: minor constat, consequentia sequitur: ergo. — 9e 7a no 47

Probatur 8o ex eodem d. [illegible] d. 8 dicente: differentiae specificae sunt ab [illegible] effective et tamen sunt seipsis distinctae formaliter, nunc sic: sed differentiae specificae sunt distinctae realiter specificae. Confirmatur ex eodem [illegible] ubi probet relationes divinas seipsis distingui formaliter, sic inquit: in istis inferioribus [illegible] distinguuntur seipsis, et non [illegible] ulteriori: ergo [illegible] relationes sint constitutivae personarum seipsis distinguuntur formaliter ubi in antecedenti intelligit quod [illegible] distinguunt seipsis formaliter [illegible] sed [illegible] sunt distinctae realiter simpliciter: ergo. — 9e unica no 19

D. 33 q. 3 n. 3.

Probat. 2 ex eodem loco, ubi Doctor subtilis dicente: Sicut anima non est fra. eadem homini, sic paternitas patris. Et infra dicit: Sed paternitas divina, de qua ibi loquitur, non est eadem formaliter patri: quia anima non est eadem formaliter homini; Sed hoc est distingui formaliter a b illo, quia distinctio formalis non est aliud quam negatio identitatis formalis: ergo. Iuxta Doctorem Subtilem anima distinguitur formaliter ab homine, sed est realiter distincta ab illo, ut bis consideranda: ergo. Confirmat simul quod manifestatur, inquit, consistat distinctio formalis. Iustamente Doctor Subtilis

D. 8 q. 1 unicam 19

ibi dicentis: Ita dico in proposito quod si per impossibile esset persona distincta ... praedicatio (intelligi individuorum) posset esse sine imperfectionibus scientia esset formaliter distincta, ita quod nihil formaliter includit in una esset formaliter inclusum in altera. Confirmatur ex ratione: Ita se habet paternitas Patris, quod Pater includit paternitatem in sui ratione, Paternitas autem non includit patrem; Sed ista se habet anima respectu hominis, quod homo includit animam in sui ratione, anima vero non includit hominem: ergo.

Probat. 3 ex eodem

q. 1 a. n. 8

ibi de relationibus creatis inquit: fundamentum relationis est aliqua entitas, formaliter non includens illam relationem formaliter, quia si formaliter includeret eam non esset formaliter relatio ad aliud sed ad se, quia fundamentum suum est formaliter ad se. Et infra dicit: Sed formaliter non includere est distingui formaliter a natura rei: ergo fundamentum relationis creatae distinguitur ab illa formaliter a natura rei; Sed plures relationes creatae distinguuntur realiter a fundamento, ut sunt praedicamentales: ergo. Confirmatur ex eodem ibidem dicente: definitio lapidis non includit esse formaliter, et formaliter respectu

Rel. 8.

aliud, quia tunc non esset definitio lapidis ut est ingenere absoluto: ergo lapis distinguitur formaliter a quocumque respectu; Sed distinguitur a respectivis relationibus praedicamentalibus: ergo.

Probat. 4. Identitas formalis datur inter extrema realiter distincta: ergo et distinctio. Antecedens patet ex Doctore Subtili loco citato dicente: homo est anima formaliter, quia in sui ratione includit animam; Sed homo distinguitur realiter ab anima

D. 33 q. 3 n. 3

ergo. Probat. Consequentia: Tunc datur identitas formalis inter extrema realiter distincta quando unum extremum includit aliud in sua ratione formali: ergo et tunc quando extremum realiter distinctum non includit aliud in sua ratione formali datur distinctio formalis. Patet, quia non magis repugnat identitas formalis inter extrema realiter distincta quam distinctio formalis; Sed ut patet ex Doctore, homo, qui distinguitur realiter ab anima est idem formaliter ipsi animae: ergo.

Confirmatur, quia si identitas formalis sumatur pro identitate rationis formalis, etiam datur inter extrema realiter distincta, nam duae humanitates sunt idem formaliter et tamen realiter entitative distinguuntur: nec dicas duas humanitates esse idem identitate opposita diversitati non vero idem identitate opposita distinctioni, nam licet verum sit plures humanitates dicere relationem identitatis praedicamentalis, tamen cum illa relatio fundetur in unitate essentiae ut dicitur in praedicamentis, necessario supponit talem unitatem formalem qualem esse omnes scotistae considerant in gradu unitate naturae communis, quae unitas formalis est identitas opposita distinctioni formali.

Probat. 5. Distinctio formalis est negatio identitatis formalis: Sed inter extrema realiter distincta datur negatio identitatis formalis: ergo. Maior patet, quia negatio identitatis in communi est ratio constitutiva distinctionis

D. 43 circa finem

in communi ut patet ex Doctore Subtili loco citato dicente: dico quod aliquitas non est relatio sed negatio identitatis in ente: ergo. Probatur minor: Sapientia finita est realiter distincta a bonitate finita. Sed inter illas datur negatio identitatis formalis: ergo. Probatur minor: Sapientia finita non est formaliter bonitas finita: ergo. Probatur antecedens: Si sapientia finita esset formaliter bonitas finita, et sapientia in communi esset formaliter bonitas in communi; Sed sapientia in communi non est formaliter bonitas in communi: ergo nec sapientia finita est formaliter bonitas finita. Probatur maior

q. 4 n. 17

iuxta Doctorem Subtilem in 1 d. 8: Si sapientia infinita esset formaliter bonitas infinita, et sapientia in communi esset formaliter bonitas in communi: ergo a paritate.

Confirmatur: quaecumque quae non habent eandem rationem formalem, nec unum includit aliud in sua ratione formali habent negationem identitatis formalis; Sed sapientia finita et bonitas finita non habent eandem rationem formalem, nec una includit aliam in sua ratione formali: ergo. Probo... sapientia finita et sapientia finita sunt idem formaliter, non? Primum non ... patet: ergo. Maior constat, quia ex duabus contradictoriis alterum debet illis convenire; Sed identitas formalis, et negatio illius sunt contradictoria: ergo. Minor est evidens; consequentia sequitur: ergo. Ut sapientia finita et bonitas finita sunt idem formaliter, non. Sic habemus intentum. Si dicas: ergo habent negationem negationis identitatis formalis. Sic arguitur: negatio negationis est quid positivum, ut negatio tenebrarum est lux, et negatio ... ergo si sapientia finita et bonitas finita habent negationem negationis identitatis formalis habent identitatem formalem; Sed hoc nullo concedit: ergo.

Contra dicent scotistae, quod ad distinctionem formalem non sufficit negatio identitatis formalis, sed ulterius desideratur identitas realis extremorum, et quidem necessario requisita. Sed contra: identitas realis necessario requiritur ad distinctionem formalem, vel qua pertinens ad quidditatem talis distinctionis, vel qua conditio necessaria. Si primum, contra: quidquid includitur quidditative in inferiori, vel est ratio superior, vel inclusum in superiori, vel differentia contractiva superioris; sic quidquid includit homo, vel est superius, ut animal, vel inclusum in animali, ut vivens, vel differentia contractiva superioris, ut rationale. Sed identitas realis nec est ratio superior ad distinctionem formalem, nec includitur in ratione superiori illius, nec est differentia contractiva ejus. Ergo. Major per se patet. Probatur minor: ratio positiva non potest esse ratio negativa, nec quid inclusum in ea, nec differentia contractiva illius; sed identitas realis est ratio positiva, et ratio communis distinctionis est ratio negativa: ergo identitas realis nec est ratio communis distinctionis, nec quid inclusum in ea, nec differentia contractiva illius: ergo distinctio formalis non includit quidditative identitatem realem. Probatur eadem minor contra scotistas tenentes identitatem et distinctionem in relationibus consistere: quod directe continetur sub contrario alicujus rationis communis, nec est ipsa ratio communis, nec inclusum in ipsa, nec differentia contractiva illius; sed identitas realis est directe contenta sub contrario rationis communis ad distinctionem formalem: ergo. Major patet. Probatur minor: identitas cujuscumque rei est directe contraria rationi communi ad distinctionem formalem; sed identitas realis est directe contenta sub identitate cujuscumque rei: ergo. Probatur major: distinctio cujuscumque rei est ratio communis ad distinctionem formalem; sed identitas cujuscumque rei est directe contraria distinctioni cujuscumque rei, utramque in relatione consistere ponentes: ergo.

Si autem dicant scotistae, quod identitas realis non pertinet ad quidditatem distinctionis formalis, est tamen conditio ad illam necessario requisita: contra: identitas realis est conditio necessario antecedens negationem identitatis formalis, vel necessario illam concomitans, vel necessario illam consequens; sed nullum horum potest dici: ergo. Probatur minor: nihil potest esse sine illo quod necessario ipsum antecedit, vel necessario concomitatur, vel necessario consequitur; sed negatio identitatis formalis datur sine reali identitate inter extrema realiter distincta: ergo identitas realis nec necessario antecedit, nec necessario concomitatur, nec necessario consequitur negationem identitatis formalis.

